




Nathanaël Morus

SAM. FRID. NATHAN. MORI

THEOL. DOCT. ET. PROF. LIPS.

RECITATIONES

IN

EVANGELIUM JOANNIS

EDIDIT

THEOPH. IMMANUEL DINDORF,


LITTERAR. ORIENT. IN ACAD. LIPS. PROF. ORD.

EDITIO SECUNDA.

LIPSIAE,

SUMTIBUS WILH. LAUFFER, BIBLIOPOLAE

1 8 2



PRAEFATIO EDITORIS.

De Commentariorum Joannis quibus res Christi complexus est vero pretio multa commemoratu digna obveniunt, si potiora tantum, quae in relationibus huic Evangelistae peculiaribus occurrunt, expendere placet. Etenim quum singulorum Evangelistarum de vita et actis Christi narrationes tantum inter se collatae et unitae totum corpus efficiant, cujus aliqua parte cum detrimento singulorum aegre carituri essemus: peropportune accidit, ut Joannis commentarii duo potiora momenta tractent. Primo enim accurate annos definit, per quos Christus munere salutifero functus est; quod uti ex festorum dierum Paschatis annuis vicibus sese excipientium computatione videre licet, ex quo simul Christum ultra tres annos munus docendi obiisse intelligitur. Quam praeclare autem hac sola narratione de ordine in dispertienda historia servando vir divus meruerit, quis est, qui non vel me non monente intelligat, praesertim quum singulorum locandorum seriem ipse praemonstret? Sed gravior est alter, quo a caeteris Evangelistis dignoscitur, in historia Christi contexenda character Joannis, quod solus ea dicta et facta Servatoris memoriae prodidit, quae Hierosolymis aut circa hanc urbem acciderunt: quae etsi ob civilem et ecclesiasticam populi Judaici formam maxime notabilia deprehenduntur, tamen apud caeteros Evangeliorum conditores frustra quaeruntur, quibus potius per Galilaeam Christi miracula et itinera, si iter illud fatale Hierosolymitanum excipias, persequuntur, quasi

nun-

nunquam antea eo venisset. Id quod tamen ob aliorum locorum indicia consistere nequaquam potest. Perhibetur enim Servator noster jam in pueritia in templo Hierosolymitano egisse, hujusque urbis cives ad se congregare subinde iis reluctantibus amanter voluisse. Unde liquet Jesum saepe ibi versatum. Quid igitur ibi egerit, quoque modo ipsorum saluti ibi opitulari voluerit, lector attentus inprimis noscendi cupiditate tenetur; ecquis tale silentium in re gravissima ferat? Enim vero huic defectui consultum est opera Joannis, qui suis relationibus hanc partem vitae Christi sollicite descripsit.

Sunt et aliae hujus libri dotes haud exiguae et gravitate sua modo commemoratis minime inferiores: quae efficiunt, ut Evangelium Joannis principem fere inter sacros Veteris Novique Testamenti locum obtineat, cujusmodi est, quod in eo continentur sermones illi suaves atque eximii, quibus Servator noster pectoris recondita reseravit, precesque illae omni praedicatione sublimiores, quae coronidem illis addunt. Sed quum ea de re studiose egerit jam Vir S. Ven. TITTMANNUS, Theologus Saxoniae primarius, in Meletematibus sacris in Evangelium Joannis, lectores nostros ad commentationes illas praestantissimas, quas in omnium manibus esse cupimus, amandare satis habemus.

EVANGELII JOANNIS
CAPUT I.

Occurrit hic peculiare quoddam nomen: φῶς. Existimant, Lucem, Vitam esse, & dici omnia sensu proprio. Tentata etiam sunt plura in interpretando loco, quæ omnia aliam significationem, quam Christi divinitatem & maiestatem, quæ hic describitur, declarant. Sunt & ex ipsa historia plura assumta, quæ existimata sunt necessaria ad intelligendum hunc locum: adversarios fuisse, contra quos hæc sint scripta. Has igitur ob caussas existimabam, fortasse consultius fore, si ante omnia ipsum locum serie una perlegerimus, illustratum paucis admonitionibus. Ac tum demum veniemus ad ea, quæ de hoc loco præterea quæri solent. Videtur ille, qui scriptorem perlegerit totum, melius judicare de his, quæ hujus loci caussa dicta sunt ab aliis. Atque hoc in præsenti faciamus.

De hoc conveniat ante inter nos, & revocetur in memoriam, eum, qui hic dicatur λόγος, esse Jesum Christum, quacunque demum de caussa dicatur λόγος. Liceat etiam verbum ipsum in versione servare, cum nulla versio videatur satis exprimere & exhaurire verbi notionem. Sufficiat quotiescunque nunc λόγος dictus fuerit, intelligere Jesum Christum.

Hunc vero esse intelligendum, videtur duobus argumentis certis, ex ipso loco posse intelligi; nam circa v. 6. scriptor dicit, Joannem Baptistam de hoc λόγῳ testimonium dixisse; atqui constat Joannem Baptistam de Jesu Christo testimonium dixisse; si igitur Joannes de λόγῳ dixit testimonium, λόγος est ille Jesus Christus, de quo secundum historiam Joannes Baptista est testatus.

Deinde cum v. 14. ſequatur illud: λόγον eum factum eſſe hominem, & Apoſtolos hujus hominis facti maieſtatem & dignitatem vidiſſe; ſequitur & hinc, λόγον eſſe Jeſum Chriſtum, qui peculiari modo factus eſt Meſſias, cujus maieſtatem & dignitatem Apoſtoli quotidie oculis viderunt. — Hæc duo argumenta ſatis arguunt, quo facile quilibet poteſt comprehendere, non poſſe in perſona errari, quod ſit Jeſus intelligendus, ubi dicitur ὁ λόγος.

Primum igitur v. 1. de hoc λόγῳ ſcribit Joannes, *eum fuiſſe in initio*, ſive, *eum fuiſſe tum, cum mundus eſſe cœpit*: quo quidem modo illud „*in initio*" ſtatim in principio Geneſeos dici, neminem fugit; ut igitur Joannes hic cum Moſe loquatur: ἐν ἀρχῇ i. e. tum, cum mundus eſſe cœpit. Si vero λόγος fuit jam tum, cum mundus eſſe cœpit, ſequitur, eum fuiſſe jam ante mundum conditum; profecto enim, qui jam fuit tum, cum mundus eſſe cœpit, is fuit ante mundum conditum.

Hoc autem „ante mundum conditum fuiſſe Jeſum Chriſtum" in Evangelii Joannis cap. XVII. 5. his ipſis verbis dicitur: Jeſum ante mundum conditum fuiſſe. Igitur ſi ille alter locus conferatur, intelligitur, quæ ſit mens ſcriptoris, ubi dicit: tum, cum mundus eſt conditus, jam hic Logos fuit: Alterum ex altero neceſſario ſequitur. Itaque ſi ille λόγος jam fuit in principio omnium rerum & ante omnia, non eſt ille λόγος unus ex reliquis rebus creatis, quæ cum mundo eſſe cœperunt; λόγος enim fuit ante mundum conditum. Non igitur eſt in partibus mundi, in creaturis quærendus ille λόγος; eſt alia natura & conditione. Connectamus v. 3. in quo dicit ſcriptor, per λόγον illum omnia fuiſſe creata. Nempe erat ante mundum conditum, erat jam tum, cum mundus eſſe cœpit. Ipſe hic λόγος fuit, per quem creatæ ſunt res omnes. Eximitur ergo ab rebus, quæ creatæ ſunt; non ergo eſt in partibus mundi; per eum omnia ſunt facta.

Hoc

Hoc modo de his cogitem. Scio & alia quædam hic per dissensum dici, sed jam monui, me nunc non nisi mentem Joannis pro meis viribus eruere velle.

Alterum, quod de hoc λόγῳ dicit, est v. I. *eum fuisse apud Deum*. Quid hoc sibi vult? Fuit apud Deum? Quas ideas cum his verbis conjungemus, ut aliquà certa sententia formetur in animo? Nonne enim, si legeritis, nos olim fore apud Deum, additis cogitando aliquam ideam? Quid enim est hoc? Additis hoc: nos fore longe beatissimos, esse apud Deum de nobis positum pretium. Est nobis notio beatitatis, qua cum Deo aliquando fruimur: similiter nunc h. l. addenda est his quædam notio, quam teneamus & sequamur. Hanc vero addemus, ipso scriptore præeunte, & Cap. XVII. evolvemus. Ibi ergo Christus in precibus illis extremis ante mortem inter alia dicit: Nunc tu, pater, illustra gloriam meam, glorifica me apud te, ea gloria, quam habui apud te ante mundum conditum. — Audimus hic de Christo, ante mundum conditum sermonem esse; audimus illum dici fuisse apud Deum; audimus vero etiam, addi illud: Gloriam habui apud te ante mundum conditum. Hæc igitur conjungo, & ubi lego, fuisse λόγον in omni rerum principio apud Deum; intelligo hoc: λόγον illum apud Deum ita fuisse, ut haberet δόξαν; habuit igitur apud Deum δόξαν. De hoc alibi plura. Nunc δόξαν esse maiestatem puto: fuit cum Deo, & fuit summa maiestate & celsitudine, fuit attributis illis, quæ divinam celsitudinem contineant. — De verbis his & illud dicitur: eum fuisse apud Deum, & hoc opponi illi alteri: postea eum inter homines versatum esse, postquam de cœlo missus erat. Hoc eodem redit, quo alter locus nos duxit. Volunt enim id ita intelligi: eum tunc non fuisse in tali conditione, cum inter homines versaretur, sed apud Deum longe feliciori conditione eum frui.

Tertia est illa propositio: *λόγον illum fuisse Deum*. Hic comparemus, quæ ab aliis scriptoribus sacris dicuntur, ut a Paulo Phil. II. 6. ubi eum similem patris esse declarat: Et ab eodem Paulo in Ebr. I. 3. ubi eum imaginem patris appellat, quod & ipsum est in Col. I.; si igitur est patris similis, ut etiam imago ejus dicatur; apparet, quo modo & sensu hic appelletur Deus: quia est talis, qualis Pater, est similis Patri, adeoque tribuitur ei nomen Θεῦ, uti pater hoc nomen habet, & hoc nomine discernitur ab omnibus aliis rebus. Quod autem hæc propositio sit sic spectanda, concedunt omnes, i. e. dicunt, quoad dialecticum idearum ordinem, τὸν λόγον in hac propositione esse Subjectum & Θεὸν esse Prædicatum. Λόγος erat Θεος: Joannem inverso ordine scripsisse, hoc concedunt omnes, etiam illi, qui longe aliam rationem divinitatis Christi explicandæ sequuntur. In hoc loco non prædicantur prædicata Patris, sed λόγȣ. Est ergo & hæc propositio ex eo genere, quæ prædicatum λόγον continet. Hæc v. 2. repetuntur: Hic, inquit, erat in principio rerum omnium apud Deum, hic, quem ante descripsi, quem dixi esse Θεόν, hunc dixi esse apud Deum, hic erat in principio omnium rerum.

In v. 3. non habeo, quod explicem; Est hic: *Omnia per eum facta sunt: & sine eo factum est nihil, quod factum est.*

v. 4. *In eo vita erat, & vita erat lumen hominum.* —

Vitam non possum hic interpretari proprie, Vitam physicam, quæ opponitur morti: non enim satis capio, cum scriptor dicat, λόγον vixisse, non fuisse rem mortuam, rem inanimatam. Deinde addit: Illa vita erat doctor hominum. Esset igitur sensus: Ille, qui vivebat, *ein Belebter, nicht ein Todter,* erat doctor. Sed hoc esset frigidum, monere lectores, eum fuisse vivum, qui fuerit doctor hominum. Ergo arbitror, hic ζωὴν tro-

tropice *felicitatem* significare: notissimo hebræo sermone significat hoc; præsertim cum non modo in hoc Evangelio, sed etiam in prima Joannis epistola occurrat: In illo est ζωὴ. Percurrite in illa epistola caput quintum, & declarabit, quoties Christus dicitur ζωὴ, toties ζωὴ est felicitas. Hoc sumto, illud: In eo felicitas erat, non habet intellectum difficilem. Sed si spectetur nexus, insunt duæ propositiones: Una erat: Ipse erat felicissimus: altera: Ipse fuit fons & auctor felicitatis aliis. Utramque hanc conjunxerim propositionem, audito hoc: in λόγῳ erat felicitas, & hæc felicitas erat lumen hominum: *Lumen hominum*, abstractum pro Concreto: Lumen, Doctor. Omnia enim prædicantur de Doctore: auditis talia, quæ sint doctoris prædicata, ut necesse sit, illa de doctore interpretari. Sed si lumen est Doctor, Felicitas est Doctor hominum: est etiam abstractum pro Concreto. Felicitas pro: Felix ille ipse: auctor felicitatis ille erat doctor: *Glücklich und Quell der Glückseligkeit: dieser ward Lehrer der Menschen.*

In v. 5. hoc addit: *Lumen in tenebris lucet.*

Ergo etiam hoc lumen, de quo hic sermo est, in tenebris lucebat: *es ist ein allgemeiner Gedanke: ein Licht scheinet im Finstern*: ergo et hoc lumen in tenebris lucebat. *Tenebras* esse hic *homines inscios* necesse est propter cœptam Allegoriam: Lumen – Doctor – Tenebræ – Ignorantia. Lumen lucet in tenebris, i. e. Doctor edocet homines inscios. *Jedes Licht leuchtet im Finstern: es ist die Natur des Lichtes, wo es ist, leuchtet es: dieser Lehrer leuchtete auch unter den Unwissenden, er lehrte sie* — Sequitur: και ἡ σκοτια &c. sed (sic verto και) tenebræ, illi inscii homines eum doctorem non perceperunt. Percipere doctorem est Intelligere, Capere ea, quæ dicat. *Er äusserte zwar seine Kraft, wie ein Licht im Fin-*

Finstern seine Kraft äußert; sed illi inscii non percipiebant ea, quæ tradebat. Quid igitur factum est, quia non percipiebant?

v. 7. *Erat aliquis a Deo missus, cui nomen fuit Joannes: hic venit testimonii caussa, ut de lumine eo testimonium diceret: homines inscii autem non percipiebant.*

Venit igitur Joannes, qui attentos redderet homines, ut acciperent Messiam: *er sollte durch sein Zeugniß diese Unwissenden aufmerksam machen,* ne repudiarent Messiam, sed reciperent ejus doctrinam.

Additur v. 7. Ut omnes crederent per illum. „*Per illum*" hoc refero ad Joannem: „*crederent*" in Christum: ut omnes in Christum crederent per illum Joannem, admoniti, attenti redditi, excitati per Joannem, ut Doctrinam Messiæ susciperent, *damit sie, durch Johannem erweckt, und vorbereitet, den Messias und seine Lehre annehmen. Er sagte: der und der wird kommen, der und der ist er:* sic credite. Per se spreverunt Messiam; Joannes vero illis dicit: Venit Messias, credite in eum.

In v. 8. additur de Joanne: Non ille Joannes erat lumen illud, de quo loquor, ille λόγος, qui venit docendorum hominum caussa, sed ut testimonium diceret de homine illo, de doctore illo mox venturo. His per lectis nemo dubitabit, Φῶς, *lumen* hic significare *Doctorem.*

Jam in v. 9.: *Erat lumen verum, quod illuminat omnes homines per suum in hunc mundum adventum.*

Erat lumen verum: Proxime dixerat de Joanne Baptista: nunc pergit de doctore: Joannes vero non fuit lumen. Refertur ergo oratio ad superiora: ille λόγος erat doctor verus, qui omnium maxime doctor verus dici debet. Illuminat vero, i. e. Edocet quemlibet hominum. Hoc Φῶς, lumen, veniens

in

in mundum edocet quemlibet hominum, *durch seine Ankunft in die Welt hat er das ganze Menschengeschlecht belehrt.*

In v. 10. *Erat in his terris ille doctor, & terra hæc per eum creata erat; tamen homines hi in his terris eum non agnoverunt, sed repudiarunt.*

Hoc repetit v. 11. *In suum domicilium venit, sed domestici eum non receperunt, sed repudiarunt,*

Res ipsa videtur dici admirationis movendæ caussa. Creaverat homines, ad hos venit, & tamen eum non receperunt. Τὰ ἴδια: conferamus sermonem hebræum: sic enim in Esth. V. 10. ubi legitur, aliquem venisse in suam domum, id vertitur in versione Alexandrina: εις τὰ ἴδια. Inde fit ut οἱ ἴδιοι sint domestici, Inquilini illius domus. Creavit mundum, terram: ergo terra, mundus, est ejus domus. *Die Welt ist Gottes-Haus, des Schöpfers, der sie geschaffen hat.*

Sequitur v. 12. *Sed qui eum exceperunt, his dedit potestatem, ut essent liberi Dei, his, inquam, qui in eum credunt.*

Potestatem illis dedit, sive, *& jus & dignitatem hanc vel honorem*, (quæ duo sunt unum) *hoc jus habent, hunc habent honorem*, ut sint liberi Dei: *Liberi Dei, a Deo in melius mutati*, ideoque ei dilecti. Jam addit: dedit potestatem iis, τοις πιςευυσιν εις το ονομα αυτου, iis scilicet, qui in eum credunt, ejus doctrinam omni fide suscipiunt. Quid ergo antea erat λαμβανειν χριςον, id est nunc πιςευειν εις χριςον: hæc enim permutantur: ultimum additur primo explicandi caussa.

Porro v. 13. *Qui liberi non e sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate hominis, sed a Deo nati sunt.*

Non *e sanguine*, h. e. *non naturali propagatione*: nam, e sanguine nasci, sanguinem regium esse,

san-

ſanguinem pauperum parentum eſſe, omnibus linguis tribus loquendi uſus eſt; & ut e ſemine liberi dicuntur naſci, ſic etiam e ſanguine dicuntur naſci. Ergo cum hi liberi non ſunt e ſanguine nati; ineſt hoc: Non e naturali propagatione ſunt orti. Exemplum liberorum Dei, qui per natales, e parentibus erant liberi Dei, poteſt eſſe Natio Judaica, quæ, quoniam ab Abrahamo, Iſaaco & Jacobo originem trahebat, e ſanguine Patriarcharum ducebat originem, erat natio Dei cara. Integra gens etiam in prophetis dicitur בְּנִי יְהוָה *Iſrael, mein Sohn*: hi erant per natales liberi Dei; ſed qui per ſanguinem Chriſti ſunt liberi Dei, illi ſunt, non per originem, ab hominibus aut a Patriarchis; illa vetus ratio nunc eſt abolita; nunc πίςις facit τέκνα τȣ Θεȣ. Hoc ipſum de exemplo Judaicæ gentis multi jam monuerunt.

Deinde: *non e voluntate carnis, neque e voluntate hominis.* — *Carnem* dicam eſſe *imbecillem creaturam*, ut in ſequente commate eſt ανηρ, homo, cui non opponitur Deus, ut homo nunc ſit σαρξ per hebræum ſermonem. *E voluntate hominis imbellis*, ſive *arbitrio & propoſito hominis imbellis.* Igitur hæc τέκνα Θεȣ̃ ſunt τέκνα Θεȣ non arbitrio, voluntate, propoſito hominis imbellis, *nicht weil es ein ſchwacher will*, planius: Non ex operatione humana facti ſunt liberi Dei, ſed divina operatione.

Nati a Deo, in melius mutati a Deo per doctrinam divinam: in ea enim eſt operatio illa divina, per quam fiunt meliores & τέκνα Θεȣ̃. Sic igitur paucis verbis in hoc verſu eſt: qui per fidem in Chriſtum ſunt facti dilecti Dei, hi non ſunt per natales, ut olim, non arbitrio humano; ſed eſt Dei opus, quod ſint τέκνα Θεȣ̃.

Sequitur illud v. 14. *Jam ille* λόγος *factus eſt homo, interque nos habitavit; ſed tamen vidimus*

mus eximiam ejus dignitatem, tanquam unigeniti patris filii, fuitque plenus summæ benevolentiæ.

Illa propositio: „λογος ille, qui supra dicebatur Deus, & ante mundum conditum fuisse, *λογος ille factus est homo*" pertinet eo, ut indicet, *λογον illum ad humilem conditionem se demisisse.* λογος, ille Θεὸς, fit homo, fit humilis, demittit se multum infra dignitatem. — Postea: *inter nos habitavit,* edit, bibit, inter nos vixit habitu humano, depressit se infra suam dignitatem. Και εθεασαμεθα —Sed (sic verti debet *και*) tamen factus est humilis homo, similis nostri, sed tamen vidimus ejus eximiam dignitatem. Hanc δοξαν explicat ipse, cum dicit: tanquam filii patris. Igitur rursus similitudo cum patre commemoratur. Sed si similis fuit patri; intelligitur, quo spectet δοξα, eximia illa dignitas; nempe ad attributa talia, qualia Christus, uti pater suus habuit. Etsi fuit humilis, nostri similis homo; tamen vidimus eximiam dignitatem, qualem pater habet. Vidisse hanc Apostolos pluribus modis, quis nescit? Viderunt eum miracula patrantem, viderunt & audierunt, cum cœlesti voce declarari filium Dei, qui sit audiendus & sequendus. Viderunt & audierunt, cum se omniscientem præstitit, ut ipsi interdum dicerent: *Nun wissen wir, daß du alle Dinge weist*: & talia multa cognoverunt.

Superest hoc sub finem versus: δοξαν ὡς, tanquam: Profecto Joannes non vult per hoc minuere rem, *gleichsam*: nam apparet, Joannem velle augere maiestatem & dignitatem Christi; Ergo poterit hac periphrasi illustrari: talem δοξαν, qualem pater habet: talis δοξα est in nullo alio, qualis est in filio patris.

In eo autem „*Unigenitus filius Dei*" cogitem: Unum talem habet filium pater. Multos Deus habet filios, sed ille filius est μονογενὴς: talem unum tantummodo genuit, huic nullus est similis. Aut si quis malit, po-

poteſt accipi: Dilectiſſimus. Sed fortaſſe hoc non omnem illam rem exhaurit.

Reſtat: πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας: πλήρης, quod quoad ſyntaxin ad primum verbum „λογος" eſt referendum. *Gratia* & *Veritas* eſt Hebraismus: חֶסֶד וֶאֱמֶת ſignificat & verti debet: *Benevolentia veriſſima, Beneficium veriſſimum*, uti in Pſalmis ſemper eſt. Ergo λογος homo factus erat plenus veriſſima benevolentia erga homines, ſummis beneficiis nos affecit. Quæ in quo ſint, mox dicit ſcriptor ipſe.

v. 15. *Joannes teſtimonium dixit de eo his verbis: hic, de quo dicebam, qui me ſequitur, eſt ante me, quia prior me erat.*

Hæc habent aliquid obſcuritatis, etiam diſſenſionis. Illud paucis poteſt effici: Joannes μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, καὶ κέκραγε, teſtatus eſt & clamavit de illo, vel, *Teſtatus eſt palam & libere de eo*. Licebit interea Cap. VII. 28. conferre exempli cauſſa. — In verbis Joannis Baptiſtæ eſt hoc: qui me ſequitur: quis enim vertat: qui poſt me venit, dum hiſtoria eſt ad manum? Qui mihi ſuccedit in hoc munere docendi: Sic enim Jeſus ſecutus eſt Joannem. Sic ille eſt ante me. γέγονε: Perfectum hoc centies ſignificat idem, quod Præſens.

Eſt ante me: Id refero huc: *is eſt ante me dignitate*: ut ſenſus ſit: Qui me ſequitur, qui poſt me docebit, eſt ante me (*tropiſch*), antecedit me dignitate & præſtantia. Verba habent in ſe aliquid acuminis. Qui me ſequitur, is me anteit, me antecedit. Inſpiciamus v. 27. ibi denuo Joannes Baptiſta loquitur: Is eſt, qui me ſequitur, qui me anteit. Jam quid addit? Hujus calceamenta ſolvere ego ne dignus quidem ſum. Quo ſenſu igitur anteit? Dignior, præſtantior eſt; *ich bin nicht werth, ſein Diener zu ſeyn*. Addite, quod ceteri Evangeliſtæ, ſi de Joanne ſcribunt, ut Matth. III. 11. ita exprimunt:

Cui

Qui me sequitur, is fortior me: Fortior per hebræum sermonem est Excellentior: *der mir folgt, geht mir vor.*

Jam pergit Joannes Baptista: cur ita loquor? cur sic testatus sum de Christo? *Quia erat prior me: prior, potior, præstantior, weil er wirklich erhabener war, als ich; darum sage ich: er ist erhabener als ich.* Hæc possumus breviter legere in Gnomone Bengeliano ad h. l.

Ceterum in illis: „οὗτος ἦν, ὃν εἶπον, Is erat, quem dixi" *der war es, von dem ich so redete*, sumite, hæc verba dici, postquam Christus erat baptizatus, & vox cœlestis audita erat: *Das war der, von dem ich sagte: der nach mir kommt, geht mir vor..*

Denique, πρῶτός, superlativus ille pro comparativo positus est: Prior me. Exempla non sunt rara. — Sed hic versus quomodo nectitur cum superioribus? *Das Wort war Fleisch, und wir sahen seine Herrlichkeit: Johannes zeugte von ihm, und sprach: der nach mir kommt, war schon vor mir:* scilicet in hoc v. 15. est etiam: *Joannes testatus est magnitudinem ejus, nos vidimus eam: dixit enim: antecedit me multum dignitate.*

v. 16. *Jam e plenitudine ejus nos omnes accepimus,* (καὶ) *& quidem cummulatissima beneficia.* Hic redit manifeste ad v. 14. ubi erat: plenus verissima benevolentia, & ex ejus benevolentia nos accepimus beneficia. Sed *plenitudo* potius dici debet, *Copia, Abundantia,* quia sermo hebræus verbum מְלֹאָה sic usurpat. Si est plenus benevolentia & beneficiis, satis in eo est copia & abundantia beneficii, *ein Ueberfluß von Wohlwollen und Wohlthaten.* — Ex hac accepimus omnes gratiam pro gratia, loco gratiæ; tamen in illo „*Anstatt, Für*" non sensus videtur esse conspicuus. Magis hic usus valebit, ubi talis formula est: Beneficium super beneficium.

Exem-

Exempla quædam habet etiam hic Gnomon Bengelianus: & qui dissentitur, addam unum e Theognidis sententiis v. 344. ubi aliquis dicatur: miserias super miserias ferre, *Leiden über Leiden*: certe non deest usus loquendi in hac explicatione. Est vero & alia, cum urgent illud „ἀντὶ,„ *Pro*„ & sic intelligenda: Nos accepimus Evangelium gratiæ loco gratiæ legalis. Hoc vero est e Compendio. Quid est legalis gratia? In lege non est gratia; ne hoc fert usus N. T. Novum Testamentum est χάρις, vetus testamentum est νομος. Ea est distinctio recentius inventa: Dixi hoc, ut appareret, cur priori loco caussas addiderim.

v. 17. ὅτι, *scilicet*: id est hoc, ὅτί: vult enim rem explicare & illustrare. Lex per Mosen est lata, sed verissimum beneficium per Christum contigit. Ergo Lex - Gratia - Lex non dicitur gratia, sed diserte opponitur gratiæ. Deinde; *Lex per Mosen lata est*: In his cogito id: Moses tantummodo instituit officia multa, & multa Judæis præscripsit, *ihren Gottesdienst, ihre moralischen Pflichten, wie sie sich reinigen sollten &c. nur gesetzliche Verordnungen hat er ihnen gegeben;* sed per Jesum Christum verissima beneficia nobis contigerunt. Num igitur Christus talia, qualia Moses, præscripsit? Immo multo majora: Jesus Christus nobis consilia patris aperuit, ut sciamus, quomodo felices fieri debemus, *dieses hat Moses nicht gethan*: Jesus Christus verissima beneficia nobis exhibuit; *das ist Wohlthat, das ist Gnade.* — Et ita cogitem super h. l. ne tantummodo verba sint in animo. — Nonne igitur planum est, quid hoc sit: Plenus gratia verissima? Omnia beneficia, quod docuit nos & pro nobis mortuus est.

v. 18. *Deum nemo unquam vidit*, seu, *Nemo cognoscit Deum, ejusque consilia*: ut & alibi „Videre Deum“ de cognoscendis ejus consiliis dicitur: *Freilich hängt es zusammen: Niemand hat ihn gesehen,* nemo

mo ejus consilia perspecta & cognita habet; *es muss uns bekannt gemacht werden*: igitur Filius nobis explicuit consilia Patris. *in wie ferne nun Jesus uns Gott erklärt und beschrieben hat, in so ferne hat Niemand Gott gesehen: Nun hat uns Jesus ihn so beschrieben, daß er uns die Rathschläge Gottes von unserm Heile bekannt machte; also hängt dieses sehr wohl zusammen.* Hoc autem „Filius, qui est in sinu Patris, enunciavit hoc" cum non possit proprie accipi, est hoc *vel* Carissimus illi, vel Familiarissimus patri, *sein Vertrauter. War er sein Vertrauter, so war er sein Liebling: er gieng mit ihm um: er konnte wissen, was seines Vaters Anschläge waren, er konnte sie uns auch entdecken.*

Relegamus nunc omnem hunc locum: „In principio rerum omnium jam fuit λόγος, & ille λόγος apud „Deum fuit, maiestate præditus, & ille λόγος fuit Deus. „Hic igitur, qui Deus fuit, hic in principio rerum omnium apud Deum fuit. Per eum omnia sunt creata, nec „quicquam, quod factum est, sine eo factum est. Erat in „illo felicitas, sive, possidebat felicitatem, & fons ejus & „caussa ejus fuit: atque hæc felicitas, hic felicissimus, hic „fons felicitatis fuit humani generis doctor. Jam doctor „homines inscios edocere solet; ergo & hic doctor inscios homines edocuit; sed illi inscii eum non receperunt, potius repudiarunt. Igitur missus est a Deo quidam, nomine Joannes, qui venit testandi caussa, nempe „de illo hominum doctore, ut testimonium perhiberet, „utque omnes crederent in eum doctorem, per Joannem „admoniti & excitati. Non erat Joannes ille Doctor, de „quo hic loquor, ille λογος, sed missus erat, ut de docto„re hoc testimonium perhiberet, ut pararet, excitaret ani„mos hominum, ad eum suscipiendum. Sed λογος ille „verus fuit doctor, omnium verissime & maxime proprie „doctor dicendus & habendus est, qui quidem suo in has „terras adventu, omnem hominum cogitationem attulit.

„Jam

„ Jam erat ille doctor, in hac terra, quæ per eum creata
„ erat; sed homines hujus terræ noluerunt eum agnoscere.
„ Venerat ille in domum suam, & tamen domestici eum
„ non exceperunt. Sed quicunque eum exceperunt, iis
„ tribuit hoc jus & hanc dignitatem, ut filii Dei essent,
„ his, inquam, qui doctrinam ejus suscipiebant; sed hi filii
„ non per natales, neque voluntate & arbitrio hominis im-
„ bellis, aut omnino voluntate & opere humano, sed divi-
„ no opere nati sunt, veram indolem acceperunt, & sic
„ Deo cari sunt. Ille vero λογος factus quidem est homo,
„ interque nos habitavit, ille λογος ad humilem conditio-
„ nem se demisit, uti aliquis homo vixit; sed tamen vidi-
„ mus eximiam ejus dignitatem, dignitatem talem, qualem
„ unigenitus Dei Filius habet, igitur dignitatem plane sin-
„ gularem, fuitque ille verissima benevolentia erga nos
„ plenissimus. Etiam Joannes de eo palam & libere lo-
„ cutus est, scilicet, ut ejus dignitatem præcipuam indica-
„ ret: dicebat enim: hic, quem nunc baptizavi, est ille, de
„ quo interdum dixi: qui me sequitur, antecedit me digni-
„ tate, quia ille revera præstantior est dignitate. Sed quem
„ dixeram, plenum verissima benevolentia fuisse, ex hujus
„ abundantia, copia, similem benevolentiam omnes nos ac-
„ cepimus, & quidem alia super alia beneficia. Scilicet per
„ Mosen tantummodo lex lata est, ille tantummodo multa
„ & varia præscripta varii generis proposuit, sed verissi-
„ mum beneficium per Jesum nobis contigit, namque ne-
„ mo unquam consilia Dei perspecta satis habuit, sed ille
„ unigenitus Dei Filius, qui familiarissimus Patri fuit, ejus-
„ que mentem habuit perspectam, ille nobis illa revelavit.

Igitur ex his apparet, illum λογον non creaturis esse annumerandum, fuisse in principio omnium rerum ante conditum mundum, venisse in terram et ad genus humanum docendi caussa, nos per eum habere ea, quæ per nullum ex genere humano contigerint. Hoc puto inesse in h. l. Ita igitur, quod statim ab initio dixi, nihil hic est,

quod

quod non & alibi de Christo traderetur, adeoque hic locus nihil habet obscuritatis; sed hoc erat loco huic proprium, quod illa persona, de qua sermo est, nomine λογȣ appelletur. At in illo, si verum fatendum est, vix argumento evidenti comprobari potest, cur dicatur hic doctor λογος. Videntur omnia in opinione versari. Incipiam ab ea opinione, quam aliis prætulerim, & quæ nititur quibusdam testimoniis ex historia petendis.

I.) Non potest igitur dubitari, illis temporibus, quibus Joannes Evangelista vixerit, fuisse & inter Græcos & inter Judæos visitatissimum hoc vocabulum: λογος, eo sensu, ut significaret Aliquem seu Aliquid, quod esset majus, quam pro humana conditione, quod accederet ad aliquam cum Deo similitudinem, essetque Deo proximum. Cum hoc inter Græcos usitatum fuisse dico, vel hoc argumento nititur: quicunque Platonem secuti sint, aut locuti sint, hi de λογῳ multa dixerunt, qui esset Deo proximus, Deique simillimus. Cum Judæos dico, intelligo Alexandrinos Judæos, qui extra Palæstinam per Asiam dispersi habitabant. E quorum numero Philo fuit, cujus libri redundant de hoc λογῳ.

II.) Certum est, in ecclesia tempore Joannis Evangelistæ varios fuisse errores de persona Christi, quales ipse Joannes in prima epistola passim tangit. Unde potest intelligi, non omnes hoc puro, ut ita dicam, sensu statuisse, Filium Dei, qui fuerit in principio rerum omnium, factum esse hominem, & hunc edocuisse nos, nostrumque esse servatorem. Hoc manifeste e prima Joannis epistola apparet, & est extra omnem dubitationem positum.

III.) Est traditio, quæ dici solet, hoc initium Joannei Evangelii contra eos, qui tunc erraverunt, esse scriptum. Quæ nititur Irenæi loco in libro contra Hæreses libri III. cap. 11. Et cum fuit Irenæus scriptor seculi secundi, adeoque propinguus ætati Joannis; non est spernendum, quod ille tradit, Joannem initium Evangelii

contra

contra hos, qui tunc erraverint, ſcripſiſſe. Nominat Cerinthum, Nicolaitas, tum in univerſum, qui erraverint, complectitur. — Hæ ſunt illæ tres obſervationes. Nihil horum per hiſtorica teſtimonia refutari poteſt. Quodſi hæc tria ſumo, fuiſſe tunc uſitatiſſimum vocabulum λογος, eo ſenſu, quem dixi, fuiſſe, qui de perſona Chriſti errarent, & tradi, Joannem contra hos hæc ſcripſiſſe; ſi hæc tria ſumo; veriſimile eſt, (plus non dico) Joannem uſum eſſe vocabulo tum uſitato, & hujus vocabuli ope inſtituiſſe diſputationem contra hos, qui de Jeſu, quoad non eſt homo, errarent. Cum ergo de hoc loqui vellet, utebatur verbo λογȣ; quo tunc ſolebant in univerſum exprimere Aliquem ſeu Aliquid, qui fuerit Deo proximus, exemto numero hominum; quaſi diceret: ſi vultis de λογῳ loqui, *von Einem, oder von Etwas, das über die Menſchen erhaben, bei Gott iſt*, hunc intelligite, quem ego deſcribo, & ſic ſtatuite *von einem Weſen, von einer Natur, die nicht Menſch, ſondern über die Menſchheit erhaben iſt.* Hæc igitur foret hiſtorica ratio verbi λογος, & Joannes voluit meliorem verbi uſum reſtituere. Æſtimate hæc, uti ſunt propoſita, conjecturæ nomine & loco.

Exſtat hujus Evangelii paraphraſis germanica: ***Erklärende Umſchreibung des Evangelii Johannis***; cujus libri auctor eſt Comes a Linar, qui libellus eſt laude dignus, & præponderat multos Commentarios. In initio poſuit auctor: *Das Wort, der λογος, von welchem Juden und Heiden ſo viel jetzt ſprechen &c.* ſequitur igitur eandem illam rationem, quam indicavimus.

Verum dum hæc dico, multa alia in me non ſuſcipio, quæ ſuſcipiunt illi, qui proferunt aliquid. Pauca igitur adhuc erunt monenda.

Dicunt, omnia eſſe ſcripta contra homines, quos appellant Gnoſticos, quorum ſyſtema eruunt, & ſingulis illorum theſibus putant Joannem hæc varia oppoſuiſſe, &

quia

quia in illa occurunt talia verba: Lux, vita: non vero est putandum, omnia, quæ hic Joannes posuit, ducta esse ex illo systemate, refutandi caussa. Hoc ad probandum non in me suscipio, quia systema hoc est recentius ætate Joannis, seculo II. demum repertum, ut non Joannes primo seculo hoc aut scire posset aut refutare. Non igitur dico, Joannem scripsisse contra Philonem, aut contra Platonem, aut contra Cerinthum, aut contra systema Gnosticorum; hoc non dico, sed tantummodo illud: *es war ein übliches Wort, und viele irrten in Absicht der Person Jesu, in so fern er* antemundanus *war; diesem Irrthum geht er entgegen, bedient sich eines damals üblichen Wortes.* — Si quis velit scire, uti hoc intelligo, poterit legere *Vitringam* in Observationibus sacris, libri V., cap. 10. ubi de scopo prologi Joannis disseruntur multa: vel *Lampii* Commentarium in Evangelium Joannis, qui ab initio copiosis prolegomenis hæc omnia collegit, quæ vulgo de hoc disputari solent: porro: *Michaelis* introductionem in libros Novi Fœderis: Porro, ex altera parte, ubi aliquis ostendit, non esse hic putandum, quasi Joannes systema Gnosticorum ante oculos habuisset, est ad manus *Dittmanni* liber de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis, qui in fine libelli modeste & vere sic pronuntiat: *Wenn auch nicht im ersten Jahrhunderte schon ein ganzes Heer von Gnostikern da gewesen ist, (das hat er im Vorhergehenden bewiesen), wenn auch nicht der Name üblich gewesen, (dieses hat er auch vorher bewiesen), wenn auch nicht ein förmliches System von dieser Sekte vorhanden gewesen; (dieses hat er auch vorher bewiesen); so ist doch überaus wahrscheinlich, daß schon im ersten Jahrhunderte einzelne Irrthümer von der Art sind ausgestreuet worden, wie sie nachher die Gnostiker in ein System gebracht haben.* — Jam si est horum aliqua species; cognoscendæ tamen sunt aliæ sententiæ

paucis, de caussa, cur vocabulo „λογος" usus sit Joannes. Incipiam a quibusdam, quas non esse probabiles puto: λογον hic significare: Oratorem; λογον orationem esse: Abstractum positum esse pro Concreto, & dici Christum Oratorem, qui fuerit a Deo ad nos missus, ut nos Oratione, Institutione in meliorem viam duceret. At, quis unquam dixit ita, ut eum diceret λογον, quem vellet appellare Oratorem? Et cum sacri libri Jesum doctorem appellant, nonne eum appellant διδασκαλον, προφητην? Qui igitur factum esset, ut hic diceret λογον, cum vellet Jesum dicere Doctorem?

Porro, non habet speciem, quod dicunt, λογον hic significare *Rationem*, *Verstand*, *Vernunft*. Quid enim tandem foret, si de ratione recta ea omnia intelligerent, eam factam esse hominem. Vix hoc indiget refutatione. Hi omnes, qui hæc tradunt, inhærent vocabulo Etymologice: *Es stellt sichs ein jeder vor, wie er glaubt: Redner, Sprecher, Vernunft, Verstand*, cum potius videatur ex historia repetendum esse, cur λογος appellat eum.

Alia est sententia eorum, qui notissimum illud dictum e Ps. XXXIII., 6. proferunt: *Der Himmel ist durch das Wort des Herrn gemacht:* ibi λογον κυριου esse Filium Dei: ergo Joannem ex illo Psalmo hoc repetiisse, & Filium Dei dixisse λογον Θεȣ. — Sed hic est magna quæstio, an illa verba in Psalmo hunc habeant sensum? annon potius significent: Jussu divino. Nam si in V. T. verba „Per verbum Dei" vertuntur semper: *auf Befehl des Herrn*; cur non in Ps. XXXIII. etiam sic vertantur? Id non possum nunc prosequi. Quamdiu non potest diserte doceri, esse in illo Psalmo illum sensum, tamdiu argumentum non est evidens. Quilibet æstimet hæc studio suo.

Hoc vero propemodum pudet me commemorare, quod e Gen. I. revocant: *Et dixit Deus, Gott sprach*: ergo

ergo Deum ibi esse locutum, ergo & h. l. esse verbum Dei. Si quis vellet interpretari caput Geneseos, & diceret: Deus dixit, i. e. per filium suum creavit lucem: an probaretis hunc interpretem? Nemo vult moneri de hoc, quid sit: Et dixit Deus. Ergo hinc non potest hoc repeti.

Alia est etiam sententia, quæ & ipsa e V. T. ducitur. Itaque conferre volunt locum ex 2 Sam. VII., 21. ubi Davides ad Deum dicit: beneficia insignia exhibuisti mihi *ob verbum hoc*. Hoc autem si sic spectatur, plane non pertinere huc videtur. Deus enim, exhibens beneficia ob verbum, intelligitur Deus, qui exhibuit ea, quia ita dixerat, promiserat Davidi: ob verbum suum tribuit ei beneficia. Sed hoc non cohæret cum illis, quæ dicunt; & qui sic spectatus locus plane non convenit cum λογῳ. Igitur comparant alium locum e Paralip. XVII., 19. in quo loco hæc ipsa res narratur: Hic ipse sermo Davidis repetitur, sed cum hac varietate, ut Davides dicat: Deus exhibuisti beneficia tua propter servum tuum. Quod igitur in Samuelis loco erat: „Ob verbum tuum" id dicunt h. l. esse: ob servum tuum. Hunc servum sumunt esse Messiam, quia etiam a Jesaia servus Dei dicatur. Is in altero loco Verbum Dei appellatur, ergo verbum Dei est nomen, indicans Messiam: hunc igitur Messiam, Jesum appellasse Joannem hic λογον ob locum e posteriori libro Samuelis. — Et hæc habent saltem non evidentiam: nam ubi Davides dicit: exhibuisti mihi beneficia ob servum tuum, id cur non & hunc possit habere sensum: *Damit du deinen Knecht begnadigest*, reddidisti me fortunatum ob servum tuum, *um deines Verehrers willen*: uti alibi dicit Davides: Deus, servum suum evenisse e pastoribus in thronum, cultori suo Davidi, hæc exhibuit? Ex interpretatione vero, quæ commode fieri potest duplici modo, non potest usus loquendi quasi certus derivari, Messiam dici λογον Θεȣ. — Hæc autem a multis

 pro-

prolata & examinata sunt; studio autem multa illustrata sunt in Tittmanni libro: de Gnosticorum vestigiis in N. T. frustra quaesitis. Est locus inde a pag. 164.

His denique additur & alia opinio: Saepius enim in chaldaica paraphrasi V. T. ubi est in hebraico textu: Jehova, Elohim, Adon: solet in illa Chaldaica paraphrasi poni: Verbum Dei. — Hoc est verum; sed exempla sunt talia: ubi v. c. scriptor sacer posuit: Deus misit Jeremiam, est in paraphrasi chaldaica: Verbum Dei misit Jeremiam: Ubi est: Deus immittet Palaestinae hostes, est in illa: Verbum Dei immittet Palaestinae hostes. Hoc est innumeris exemplis liquidum & certum. In his locis autem quis ausit recte statuere, verbum Dei semper significare & indicare Messiam? Videtur potius in illa paraphrasi chaldaica interdum esse mera periphrasis, interdum explicatio, ut nempe saepe pro: „Jova, Elohim" per periphrasin solet poni: Nomen Jovae. Ita etiam paraphrasis talis usitata est in illa chaldaica, ut pro: „Deus" ponatur paraphrasis: „verbum Dei": aut habebit interdum vim explicationis, ut in illis exemplis: Deus misit Jeremiam: paraphrasis: Verbum Dei misit Jeremiam, i. e. Jussu Dei missus est Jeremias, missus igitur est verbo Dei: vel: ubi est: Deus Palaestinae immittet hostes, in paraphrasi est: Verbum Dei immittet Palaestinae hostes: redit eodem. *Gott spricht, so kommt das feindliche Heer*, jussu Dei omnia talia eveniunt. Igitur si hoc potest ita intelligi, rursus non est evidens: in paraphrasi Chaldaica si verbum Dei ponatur, Messiam esse intelligendum.

Addunt & illud, ut fit, fuisse Judaicis Doctoribus hoc per quam usitatum, ut Messiam appellassent Verbum Dei. Sed haec historica ratio plane nullo fundamento nititur, & valde labefactatur loco Origenis in libro II., contra Celsum pag. 79. Spencerianae edit: Loquens de hoc ipso λογῳ, profert illud: quosdam dicere, Judaicos

cos

eos doctores Messiam sæpe appellasse verbum Dei; se ergo interrogasse Judaicos doctores, num hoc esset usitatum? sed se accepisse: non hoc esse in usu, neque in scholis, neque in libris Judæorum, ut Messiam proprio nomine appellarent Verbum Dei. — De reliquo, si quis uberius legere velit historiam sententiarum de illo: Memra Adonai, & studia virorum doctorum cognoscere velit, is adeat Olearii Observationes ad Matthæum, observatione 28.

Has habui sententias, quas commemorarem de caussis vocabuli λογȣ. Addidi singulis argumenta sua: dixi pro illis & contra illas, & maneo in hoc, quod ab initio dixi.

Supersunt duo. Unum de quibusdam hæreticis, qui dici solent αλογοι; αλογοι, quasi tu dicas, qui nolunt agnoscere τον λογον. Hi igitur multis notis reprehenderunt Joannis Evangelium, cum ob ipsa dogmata, quæ insunt, tum ob Chronologiam scriptoris, quam non putabant, se probare posse, rursus ob dissensum hujus cum ceteris Evangelistis, denique ob usum verbi: λογος. Norant enim, secundo & tertio seculo multos multa falsa de illo λογῳ disputasse, & seculo tertio systema Gnosticorum esse compositum. Cum igitur in Evangelio Joannis λογον viderent commemorari, & scirent, quæ essent errata, putabant, hoc non esse posse a Joanne Apostolo. Quasi vero hoc sufficiat ad rem repudiandam. Hæc non est culpa Joannis, quod deinde est male intellectus. Sic possumus omnes antiquitatis libros tollere. Hoc erat summatim, quod illi dicebant. Jam autem Epiphanius in Tomo I. dicit: Hos homines ego in posterum appellabo *Alogos* & velim, ut mecum omnes eos appellent αλογοι. Igitur Epiphanius invenit nomen αλογον. Sed præter hos — dicamus etiam αλογȣς — nemo fuit in antiquitate, qui de autore libri aut ejus auctoritate canonica dubitaret. Receptus est hic liber in Canonem.

Hac

Hac de caussa ab initio nihil de autore libri & auctoritate ejus canonica commemoravi, cum non nisi isti *αλογοι* de auctore & auctoritate libri controverterunt.

Alterum est hoc: qui de divinitate Jesu Christi aliter statuunt, uti Sociniani, omnem hunc Joannis locum sane longe aliter interpretari solent: Deum — λογος enim dicitur Deus — intelligi & dici, uti etiam interdum Magistratus. Cum omnia dicantur creata per illum, id ad novam creationem, ad conversionem hominum referunt. Hæc nunc refutari omnia non possunt; essent enim h. l. omnia repetenda; sed in interpretando libro erit occasio sat multa de his dicendi monendique. Tum est etiam inter Socinianos ipsos diversitas multa de sensu propositionum.

Attamen unum est commemorandum: pertinet hoc ad Samuelem Crollium, qui Nomen Artemonis sumsit. Sumto nomine edidit: Initium Evangelii Joannei ex antiquitate ecclesiastica restitutum. Quid igitur restituit integritati? Hoc pertinet ad v. 1. ejusque comma ultimum, ubi est: *και Θεος ην ὁ λογος.* Hic ergo corrigendum putat Θεος, & mutandum in Genitivum Θεȣ. Λογος, doctor ille hominum fuit Dei, a Deo missus. Hac igitur correctione dicit, se restituere integritati suæ Evangelii Joannis initium, quasi sit corruptum illud: Θεος. In ea re, quo utitur argumento? An quibus hic opus est, i. e. quibus criticis? Num illis e varietatibus Versionum, Codicum? Nullo modo: nam omnes codices hic, omnes versiones hic, omnes Patres græci & latini hic, cum hunc locum proferunt, legunt constanter: Θεος ην ὁ λογος; nisi quod in Cantabrigiensi Codice literula ultima est obliterata. Sed, bone Deus, unius codicis & quidem unius literulæ obliteratio, quid hæc est contra omnes alios? Senserat ipse, quam hoc esset nullius pretii argumentum. Igitur Patrum locos percurrit, interpretatur,

tur, & putat, hos patres esse vel corrigendos, vel ipsos sic legisse. Sed hæc est profecto perversa explicandi ratio. Non nego, librum esse plenum eruditione, & quædam etiam habere sensum non facilem; tamen nullo modo sic potest explicari. — In apparatu autem Bengelii, & in Gnomone reperitur, & quidem in Gnomone reperitur summa libri totius Crelliani excerpta; & in Apparatu summa argumentorum criticorum, cum refutatione accurata, ut, perlectis his locis, facile possit aliquis informare mentem. Ibi etiam libros, de hac re scriptos, addit. —

His igitur enumeratis, nunc veniamus ad v. 19 Sequuntur autem nunc loci faciles. Quum igitur in superiori loco esset de testimonio Joannis Baptistæ dictum; incipit nunc scriptor, de hoc testimonio uberius exponere.

v. 19.) Testimonium autem Joannis Baptistæ est hoc: *Cum igitur misissent Judæi Hierosolymis Sacerdotes & Levitas, ut interrogarent Joannem: quis tu es?*

v. 20.) *Tum ille sine ulla hæsitatione fassus est, se non esse Messiam.* —

In hoc versu non morabitur nos illud: „Et fassus, et non negavit, & fassus est" quod una eademque res ter dicitur: quem morem narrandi hebraicum exprimendum ita putavi: Ille sine ulla hæsitatione, palam, libere professus est, se non esse Messiam.

v. 21.) *Rursus interrogarunt eum, quid ergo? Esne tu Elias? Ille vero negabat, se Eliam esse: Esne tu Propheta ille? Sed hoc quoque negavit.*

Quærunt ex eo: an Elias sit? Intelligendæ rei caussa perlegi potest Matth. 17., 10. e quo discimus, fuisse hanc Judæorum sententiam, Eliam ante adventum Messiæ in vitam esse rediturum. Igitur nunc quærunt, an sit Elias ex hac sententia. Hoc autem ille ne-

ga-

gabat. Cur vero negat, cum in eodem illo Matthæi loco Christus ipse docet, Joannem esse Eliam? Et cum Malachias prædixerat, Eliam venturum esse antequam Messias venerit? Quod igitur Malachias scripserat nomine Dei: „*Ich will euch senden den Propheten Elias, ehe denn da kommt, der grosse und schreckliche Tag des Herrn.*“ id habebat hanc vim: Ego mitto alium Eliam, i. e. Aliquem Doctorem, similem Eliæ, uti explicatur Luc. I., 17. Hoc igitur erat legitimum; sed hoc non quærunt Judæi, sed quærunt ex sua sententia: *Bist du der von den Todten auferstandene Elias?* Hoc erat negandum: quo sensu eum interrogant, eo sensu negat.

Quærunt porro: *Esne tu Propheta?* Hoc si ita capiatur: *Bist du ein Prophet?* non quadrat responsio, se non esse prophetam. Etiam hoc in Jesu Christi sermonibus sæpe obvium est, Joannem esse prophetam insignem, ut Propheta sit Doctor. Igitur hoc quoque: „Esne tu Propheta?“ sensu quodam, suis temporibus usitato, quærunt, quem sensum e Matthæo XVI., 14. intelligimus, ubi est hoc: ante adventum Messiæ venturum esse Jeremiam, aut Eliam, aut alium e Veteribus prophetis. Hoc igitur volunt, ubi dicunt: *Bist du jener Prophet*, quem nos expectamus ante adventum Messiæ ex mortuis. Verti non debet: *Bist du ein Prophet?* sed: Esne tu ille propheta? Hoc igitur sensu manifeste negare debebat.

Jam tertium: v. 22. *Dixerunt igitur: quisnam es? ut responsum feramus illis, qui nos miserunt: quid igitur dicis de te ipso?*

v. 23. *Dixit igitur: Ego sum vox clamantis in deserto, parate viam domini, uti Jesaias Propheta dixit: sive, ego sum ille, de quo Jesaias hæc scripsit.*

In

In illo: *Parate viam Domini*, constat, hunc esse sensum: *Facite, ut idonei sitis ad doctrinam Messiæ & bona Messiæ suscipienda.* Qui enim Evangelistæ alii plura narrant, hi narrant, Joannem admonuisse homines, ut emendarent vitam, & sic idonei redderentur ad doctrinam & bona Messiæ suscipienda.

Constat etiam *Desertum* hoc non fuisse locum asperum sentibus & spinis, & tantum feris animantibus destinatum, sed potius *Campos spatiosissimos ad ripas Jordanis plenos gregibus pascentium pecudum, variis etiam fontibus & pagis.* Hoc enim sensu Judæos hoc desertum ad Jordanem dixisse, quivis libet geographicus de Palæstina e vetere historia docet, dicebaturque desertum, quia ibi non fuit magna hominum, uti in urbe, frequentia, *einsame Gefilde und Triften am Ufer des Jordans.*

v. 24.) *Qui missi vero ad illum erant e Secta Pharisaica.*

v. 25.) *Igitur interrogarunt eum in hunc modum: quidnam igitur baptizas, si tu neque Messias, neque Elias, neque ille Propheta es, quem expectat natio ante Messiæ adventum.*

Quod addit, hos legatos fuisse e Pharisaica secta: revocabimus in animum, quam fuerit hæc secta studiosa suæ religionis, ut, cum viderent Joannem baptizantem, ut pro suo ardore in caussa religionis interrogarent, cur tandem sumeret, illum ritum administrare, cum non sit Messias, neque Legatus. Hæc est caussa, cur interrogaverint & monuerint Joannem. — His respondit Joannes hæc:

v. 26.) *Ego aqua baptizo, sed medius inter vos stat, quem vos ignoratis.*

v. 27.) *Est vero is, qui me sequitur, qui me tamen antecedit, cujus corrigiam subligaculi ut ego solvam, non dignus sum.*

Hæc

quia in Ebr. IX., 14. hoc ita est de Christo: Deo se obtulit. Jam hic spectatur, ut victima, agnus: Victima Dei, obtulit se Deo: Hoc autem: *Ferentem peccata generis humani* est hic, ut de victima, interpretandum, hoc est e Levit. IV. ubi de illa sermo est. Sed quum victima fert peccata; intelligitur illud: victimam puniri, ne homo puniatur, vel, victima mactata, homini remitti pœnas & culpam. Aliter nunquam dicitur. Quare cum hic sit de victima sermo; illud „Ferre peccata" eodem redit: Eo mortuo, condonata sunt peccata. Omnia tendunt eo, agnus ut spectetur, tanquam victima.

v. 30. *Hic est, de quo dicebam ego: sequitur me vir quidam, qui me anteit: (cur dicebam?) quia erat revera præstantior me.*

v. 31. *At ego quidem eum non noram; sed tamen ut manifestaretur Israeliticæ genti, ideoque veni ego, aqua baptismum administrans.*

Equidem non noram eum, Messiam. Hoc vel referemus eo: Non noram, *ich kannte ihn nicht persönlich*, vel, non noram, hunc esse Messiam, non noram ejus munus: sed tamen ideo jussus fueram baptizare, ut ille Israelitis per me innotesceret: *ich kannte ihn nicht, und doch sollte er durch mich bekannt gemacht werden.* Igitur sequitur illud:

v. 32.) Hoc porro testimonium tradidit Joannes: *Vidi spiritum descendentem ut columbam de cœlo, & immanentem illi Messiæ.* —

Dicit Joannes: Sed responso divino character hujus personæ adspectabilis mihi erat factus: Is, super quem videbis, spiritum descendentem; jam ego videbam hunc: nunc concludebam: hic est Messias. Nunc cum diceret hoc: hic est Filius Dei, hic est Messias; manifestat eum genti Israeliticæ. — Hic igitur erit nexus totius loci.

v. 33.

v. 33. *Ego vero eum non noram; sed qui me miserat, ut aqua baptizarem, ille mihi dixerat: in quem videris spiritum descendentem eique immanentem, est, qui Spiritu Sancto baptizet.*

v. 34. *Atqui ego vidi Spiritum Sanctum descendentem, itaque ego testatus sum, hunc esse Filium Dei.*

Cum in v. 33. dicat: qui me miserat baptizandi caussa; hoc aperte indicat divinam Joannis legationem: hanc etiam probat, quia ei responsum divinum contigetat. — De reliquis hæc addere liceat. Igitur in versu 33. cum dicatur spiritus, de cœlo descendens in Christum; res ipsa, hoc adspectabili modo indicata, mihi videtur esse hæc: Deum nunc tribuere Christo πνευμα ἁγιον, h. e. dotes illas extraordinarias & singulares, quibus Homo Jesus opus habebat ad gerendum illud munus doctoris, quod deinde gessit. Uti enim Prophetæ acceperunt πνευμα ἁγιον, sive, dotes ad munus gerendum necessarias; sic quoque homo Jesus accepit easdem, ut tanto muneri gerendo esset aptus atque idoneus. Si hoc dico, nil novi dico, cum in Act. X., 37. 38. Jesus Nazarenus dicitur, unctus a Deo, spiritu & vi, plane ut prophetæ spiritu & vi instruuntur, dotibus muneri gerendo necessariis. Tum etiam Jesus ipse in Luc. IV., 18. dicit: Spiritus Domini est super me, igitur annuntio vobis annum gratiæ, Deus me instruxit, Dei nomine doceo, ab eo habeo, quod doceo.

Postea: Spiritus ille e cœlo descendens dicitur: Manere super Christo. Id posset habere hanc vim: *Er blieb mit diesen Gaben beständig ausgerüstet.* Hic autem aliquid dicitur, quod in oculos incurrit: in quem videris spiritum descendentem & in eo manentem. *Wie nun das Herabsinken eine in die Augen fallende Sache ist; so ist es auch das Ueber ihn bleiben. Freilich, daß Jesus sein ganzes Leben hindurch*

durch die Gaben des heiligen Geistes behalten würde, das konnte Joannes nicht voraussehen. Es sinkt etwas herab auf ihn, es bleibt auf ihn; non transvolat in alium, ut quasi digito monstraretur, illa persona est hic, qui nunc cœlo instruitur πνευματι ἁγιω.

Restat tamen de illo dicere: Non noveram eum, ut eum nunc audivimus. Joannes Baptista Christum ante baptismum non habebat cognitum, *er wuste seine Bestimmung nicht.* Sed ab hoc videtur dissentire narratio Matth. III., 13. Venit Jesus e Galilæa ad Jordanem, & quidem ad Joannem, ut ab illo baptizaretur; sed Joannes prohibebat eum, nolebat admittere eum. Ego, enim, inquit, opus habeo, ut abs te baptizer, & tu venis ad me, ut ego te baptizem: *er weigert sich bescheiden.* Ergo tamen noverat Jesum: alias enim hoc dicere non potuisset. H. l. autem est: eum non cognitum habuisse. Hic igitur in Matthæi loco sumendum erit, eum cum Joanne plura locutum fuisse: *Er kommt und sagt: er solle ihn taufen,* tum sumendum est, eum plura cum Joanne esse locutum, & dixisse, se esse Messiam. Jam sequitur baptismus, & Christus adspectabilis factus est; tamen manet hoc in nostro loco: Non noram eum, priusquam mihi dixerat, se esse Messiam: Nunc etiam hoc miraculoso dono cognosco. — Sunt hæc in Commentariis omnibus valde diverso modo exposita, & nuperrime a Semlero in responsione ad Quelferbitana fragmenta. —

Sub finem v. 33. additur hoc: *Ille vos baptizabit Spiritu sancto.* Hoc quis non ex historia Apostolorum sibi ipso explicare potest? Perfundet dona Spiritus sancti super vos, uti Pentecostali die factum est. *Wie ich hier Wasser über die Menschen ausgieße; so wird er göttliche Geistes Gaben über sie ausgießen.* Nunc pergamus ad

v. 35.)

v. 35.) *Die sequenti rursus Joannes cum duobus discipulorum suorum ibi stabat:*

v. 36.) *Cumque videret Jesum venientem: en! inquit, agnum Dei!*

v. 37.) *Quodcum audivissent dicentem duo illi discipuli, secuti sunt Jesum.*

v. 38.) *Jesus vero conversus retro, cum hos sequentes videret, quærit eos, quid quæritis?*

v. 39.) *Illi vero: Rabbi,* (quod si vertatur, dicitur: Doctor), *ubi habites?*

v. 40.) *Tum ille: Venite & videte. Venerunt & viderunt, ubi habitaret: & apud eum hoc die manserunt: erat autem hora circiter decima, qua hæc sunt facta.*

Hæc hora est quarta aut quinta pomeridiana, pro nostra numerandi ratione.

De illis duobus discipulis, qui primo ad Jesum venerunt, pergit Joannes ita:

v. 41.) *Erat autem Andreas, frater Simonis Petri, unus ex duobus illis, qui audiverant a Joanne Baptista, hunc esse filium Dei & qui Jesum secuti fuerant.*

v. 42.) *Hic Andreas reperit primo fratrem suum Simonem, cui dixit: Invenimus Messiam, quod significat, si vertatur: Unctum.*

v. 43.) *Itaque duxit eum ad Jesum, & cum Jesus eum vidisset: Tu, inquit, es Simon, filius Jonæ: tu cognomen habebis Cephas, quod vertitur: Scopulus.*

Quo cognomine quid voluerit significare Jesus, dixit ipse in Matth. XVI., 18. in notissimo illo: Tu es Petrus & in hanc Petram ecclesiam ædificabo meam: ut adeo Christus nunc significare velit, se hoc Petro doctore usurum esse, qui veluti fulcrum sit ecclesiæ.

v. 44.

v. 44.) *Sequenti die volebat Jesus in Galilæam proficisci: ibi reperit Philippum, quem jubet se sequi.*

v. 45.) *Qui Philippus Bethsaidanus fuit, e patria Andreæ & Petri oriundus.*

v. 46.) *Philippus rursus Nathanaelem deprehendit, eique dixit: Quem descripsit Moses in libris legum, itemque prophetæ, hunc invenimus, Jesum, filium Josephi e Nazaretho oriundum, in hujus filii Josephi persona reperimus nunc eum, de quo Moses & prophetæ dixerunt.*

v. 47.) *Sed Nathanael illi hoc objecit: an Nazaretho potest boni quid oriri? sive, an ex oppidulo tam obscuro potest eximius oriri doctor?*

At fortasse in ea opinione fuit, quam Cap VII., sub finem describit: esse Judæos opinatos, e Galilæa non oriturum esse unquam prophetam. Hoc fortasse respexit, non videri e Galilæa prophetas, viros eximios, immo Messiam ipsum posse oriri. Non possunt certæ caussæ addi, cur dubitarit.

v. 48.) *Sed Philippus ei dixit: veni & vide. Quum Jesus Nathanaelem ad se venientem, videret, de eo sic dixit, adstantibus aliis: en! genuinum Israelitam, in quo non est dolus.*

Quæ duo commata eandem rem exprimunt. Nam in quo non est δολος, id indicat: Qui non est adulterinus, *nicht verfälscht, ächt:* sed hoc est in priori commate: En! genuinum Israelitam non depravatum.

v. 49.) *Hic vero Nathanael, unde, inquit, me cognitum habes? Sed Jesus respondet: Antequam Philippus te vocabat, noram te, versantem sub ficu.*

v. 50.) *Tum Nathanael, Rabbi, inquit, tu es Filius Dei, tu es rex Israelitarum sive Messias:*

Adeo-

Adeoque quia hanc rem fortuitam norat Christus, sub arbore quadam versatum esse, concludit inde, hunc esse divinum legatum, cui Deus ipse hoc patefecisset; hunc esse υἱὸν τοῦ Θεοῦ, quem ante Philippus, Petrus & Andreas viderint. In illa vero conjunctione horum: „Filius Dei, Rex Israelitarum“ apparet respici ad Ps. II., (mox dicam, quo sensu hoc volo intelligi) in quo primo occurrit: Tu es Filius meus, hodie genui te: deinde additur, hunc esse regem Israelitarum constitutum. Erant ita Judæi edocti, Judæorum regem, Messiam eundem fore υἱὸν Θεοῦ, uti in Ps. II., legerant. Hoc volebam, respici ad illum locum: non, quod Nathanael illum Psalmum in mente habuerit, sed quia erat ejus disciplina, quam a puero didicerat.

v. 51.) *His addidit Jesus: quia tibi dixi: noram te sub ficu versantem, credis, (Quid? Dixit aperte:) credis, me esse Messiam, & eundem illum Filium Dei? sed: μείζω τούτων ὄψει, majora his experieris.*

Majora, i. e. *Illustriora*, quæ magis etiam in oculos incurrant. Hoc privato colloquio acciderat, ubi ostenderat Jesus, se esse illustriorem his: Sed experieris majora his, quæ magis incurrant in hominum oculos. Sed hoc explicat etiam;

v. 52.) *Adjicit ergo hoc: Verissime vobis confirmo, ab hoc inde tempore vos visuros esse cælum apertum, angelosque Dei ascendentes & descendentes ad filium hominis.*

De his nunc quæro: Ab initio non satis commode poterunt proprie hæc intelligi de ascendentibus & descendentibus angelis. Quanquam enim commemorare solent id, quod accidit post tentationem Christi in deserto, ubi angeli administrantes eum dicuntur: quanquam commemoratur etiam e passionis historia de angelo, cœlitus delapso, Christum roborante ad mor-

tem, cum sudavit; tamen hæc non videntur omnem rem conficere. Nam illud in deserto jam ante fuerat factum, quam facta sunt hæc, ut adeo discipuli Christi hic non possint amandari ad rem futuram, cum illa res jam evenisset. Nam post baptismum statim, vel illico Christus in desertum delatus est, cum nondum habuit amicos & discipulos. Alterum autem de angelo sub tempore passionis Christi demisso viderunt illi, quamquam somno erant graves, ut ne horam quidem evigilare possent. Sed concedam, hoc posse conspici ab eo: sed hic loquitur ita, ut dicat, rem hanc mox & quasi perpetuo eventuram esse, ut non videatur unum aliquod exemplum, quod in tribus annis muneris Christi evenerit, tantummodo in animo habere. Ergo cum non potest proprie accipi, tropus erit in his omnibus, & angeli descendentes & ascendentes indicabunt Deum, qui singulari auxilio & providentia, angelorum interventu, aliquem hominem tuetur & fovet. Primo enim nemo potest negare, ministerium illud Dei ope angelorum indicare divinam providentiam, quæ per ministros homines tuetur, & defendit. Deinde in illo viso ipso, quod fuerat Jacobo oblatum, per scalas ascendisse & descendisse angelos, quid quæso est quam hoc: Curatus est ab angelis & salvus evasit? In hoc providentia divina indicatur: Deus te singulari providentia dignum judicabit. Hoc eum monet per illud somnium: hoc solatur eum per omnem vitam suam. Jam autem in vita Christi quot occurrunt exempla tam singularis providentiæ? Interdum enim petitur insidiis & tamen salvus evadit: interdum cinctus est hostibus, & tamen salvus evadit. Tum, quicquid ille vult, prospere succedit: voces etiam cœlestes audiuntur, quæ hunc Jesum commendent reverentiæ hominum. Interdum catervam ejicit e templo unus ille Jesus flagello, & nemo eum tangit. Ergo sensus est: Videbitis interdum me illustri providentia

di-

divina fruiturum, &, ut ita dicam, digitum Dei ex omni vita mea appariturum esse, *daß man zehnmal sagen müsse: Hier stand ihm Gott bei.* Hoc autem si videbant Apostoli sæpe, uti viderunt sæpius, eo magis firmati sunt in ea persuasione: *Dies ist mein lieber Sohn, an den ich Wohlgefallen habe*, hunc singulari providentia curo. — Dixerunt autem hæc jam satis multi. — De filii hominis, titulo Messiæ, suo tempore poterit dici aptius, cum scriptor ipse hoc explicabit.

CAPUT II.

In hoc capite est eadem facilitas narrationum.

v. 1.) *Die tertio, postquam illa facta erant, nuptiæ celebratæ sunt Canaæ, in oppido Galilææ, ubi mater Jesu versabatur,*

v. 2.) *Fueratque etiam Jesus cum discipulis, ad nuptias has invitatus.*

v. 3.) *Quum autem vinum deficeret, mater Jesu illi hoc nuntiabat: homines vino destituuntur.*

Vbi mater Christi hoc dicit illi: destituuntur homines vino, fortasse non nisi anxia de illis hominibus locuta est, ut conquereretur apud filium de penuria: fortasse habuit sibi persuasum de filio suo excelso & divino, qui huic penuriæ mederi posset. Talium rerum & dictorum caussæ non possunt a nobis certo tradi. Ergo non est pugnandum, sive dicat quis hoc sive illud. *Aus welchem Grundsatze wollen wir das entscheiden?* Brevitas narrationis non patitur, rem certo dirimere. *In diesen Erzählungen ist immer nur Schattenriß. Sollte sie nichts gesagt haben, als: sie haben keinen Wein? sollte sie nicht noch mehr mit ihm gesprochen haben? Das Uebrige verschweigt der Schrift-*

 stel-

steller. Hoc non possumus expiscari nos; sit igitur cuilibet liberum, cogitare de hac re, quomodo velit.

v. 4.) *Cui Jesus respondet: Fac me missum: nondum enim tempus mihi opportunum venit.*

Quod Jesus h. l. dicit, nondum venisse tempus opportunum, id quo sensu dixerit, e sequentibus apparet; Nondum est tempus opportunum, miracula patrandi: differendum est hoc aliquando.

Illa verba: Τί ἐμοὶ καὶ σοι, Fac me missum; sequuntur: Exemplum perspicuum est in Luc. VIII., 28. Res illa quoties sit reprehensa, omnes novimus, quasi sit durities in illa locutione, sane in Lutheri versione. Verum enim vero nonne hujusmodi formulæ vitæ communis accipiunt per ipsam peristasin omnium rerum variam & diversam sententiam? Nonne vocis sonus talia interdum mutare solet? „*Lassen sie mich gehen*" *ist ein Ausdruck des gemeinen Lebens, aber wie viel Bedeutungen hat er nicht?*

Similiter illud in eodem versu: γύναι: hoc versio germanica omittere debet. Ceterum neminem fugit, illas veteres linguas non usas esse alia, quam illa locutione, quæ sane molliter est expressa. *Und wo nun eine Sprache dieses nicht auszudrücken pflegt; so läßt man dieses in der Uebersetzung weg; sonst wird die Uebersetzung allezeit etwas anders ausdrücken.*

v. 5.) *Jam mater ejus ministris dicit: quicquid vos jusserit, facite.*

v. 6.) *Erant autem hic vasa aquaria sex lapidea, pro more Judæorum se lavandi, quæ capiebant singula duas aut tres amphoras.*

De illo: μετρητής, erit conferendus 2. Chron. IV., 5. ubi hoc verbum respondet ebraico verbo: *Bath*, Mensura major liquidorum inter Judæos. Quum autem Judaicus scriptor tractatur; illud verbum est explicandum, uti Judæi hoc intelligebant.

v. 7.)

v. 7.) *Jesus ministris, replete, inquit, aquaria vasa: Illi ergo usque ad marginem repleverunt vasa.*

v. 8.) *Tum dicit illis: jam haurite & ferte præfecto triclinii. Et fecerunt hoc*

v. 9.) *Quum autem præfectus triclinii gustasset aquam, quæ vinum facta esset, (nesciebat, unde esset: ministri vero non ignorabant, qui aquam hauserant); vocat sponsum præfectus triclinii, eique dicit:*

v. 10) *Quisquis primo loco apponit bonum vinum: ubi vero satis biberunt, tum deterius vinum apponitur: Tu reservasti bonum vinum usque adhuc.*

ὅταν μεθυσθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω; ubi satis biberunt, tum deterius apponitur vinum. Per se μεθυσθῶσι erit: ubi inebriati sunt; sed si quis contulerit ex Haggæo Cap. I., 6. intelligit planissime, eum intelligi, *qui satis biberit*, sine ulla inebriatione.

v. 11.) *Hoc fecit Christus initium miraculorum Canaæ in Galilæa, suamque majestatem eximiam ostendit; discipuli ejus vero in eum crediderunt.*

Hoc primo miraculo patrato dicitur *Jesus manifestasse* δόξαν αὐτȣ͂. Teneo ea, quæ ad Cap. I., 10. dicta sunt: *Wir haben seine Herrlichkeit gesehen, als die Herrlichkeit des eingebohrnen Sohnes vom Vater.* Qui Jesu tribuit δόξαν, hoc miraculo patrato, dicit, se maiestatem eximiam hoc luculento argumento ostendisse.

Discipuli ejus in eum crediderunt, habuerunt eum pro illo legato divino, qui esset Messias. *Das hatten sie schon geglaubt, wie oben steht; wenn es nun hier auch steht; so heißt es: Firmata est eorum persuasio de hoc divino legato.*

v. 12.)

v. 12.) *Posthæc profectus est Capernaum ipse cum matre sua, & fratribus & discipulis suis, ubi tamen non multos dies mansit.*

Hæc sunt Luc. IV., 31. pluribus narrata, unde peti possunt, quæ hic desunt. Saltem veitam narrationem.

v. 13.) *Appropinquabat autem sacrum Judæorum paschale, quo tempore Jesus Hierosolymam proficisci solebat.*

v. 14.) *Deprehendit autem in templo, qui venderent boves, oves, columbas, tum nummularii etiam ibi sedentes.*

v. 15) *Facto igitur flagello e funibus, omnes ejecit templo, ovesque & boves: tum nummulariorum nummos effudit humi, & eorum mensas evertit.*

v. 16.) *Vendentibus columbas: removete, inquit, hæc, ne domum patris mei faciatis domum mercatui destinatam.*

v. 17.) *Tum discipulis ejus in memoriam venit, quod scriptum exstat: Zelus pro caussa templi tui me plane absumit.*

v. 18.) *Tum Judæi: quale, inquiunt, signum exhibes nobis, si hoc facis?*

v. 19.) *Jesus vero: destruite, ait, hoc templum, & tribus diebus reædificabo illud.*

v. 20.) *Tum Judæi, quadraginta sex annis, dicunt, structum hoc templum, tu ne illud triduo restitues?*

v. 21.) *Jesus vero de templo corporis sui dixit.*

v. 22.) *Cum igitur e mortuis resuscitatus esset Jesus, discipulis ejus in memoriam venit, quod hoc illis dixerit; fidemque habuerunt scripturæ, & doctrinæ universæ, ab eo dicendæ.*

In v. 15. sub finem occurrit & hoc: Christum evertisse eorum mensas, & effudisse τὸ κέρμα, quod verbum in-

indicat minores nummos, *Scheidemünze*: uti in v. 14. illi homines dicuntur κερματισαι: & est κερματιστης, qui majores nummos cum minoribus permutat, *ein Geldwechsler*. Quoniam autem ille lucrum aliquod inde capit pro hac permutatione nummorum, & hoc lucrum dicitur κολλυβον; inde in v. 15. hi homines dicuntur κολλυβισαι. Hæc sunt omnia certa, & præter Lexica etiam Salmasianus liber: de modo usurarum, quicquid ad eam rem pertinet, atque etiam hæc verba explicat; κερματισαι & κολλυβισαι sunt ibi synonima. In v. 17. succurrit in animum discipulorum Ps. LXIX., 10. in quo dicit Davides: Zelus tui templi me comedit. Zelus tui templi, indignatio tui templi & sacrorum tuorum me comedit, me propemodum conficit & consumit, tantum sentio timorem, ut fere moriar, pæne moriar præ commotione animi.

Ejectis autem hominibus illis v. 18. Judæi hoc dicunt: Tί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν, ὅτι ταῦτα ποιεῖς? σημεῖον, Documentum, unde constet, te habere hanc auctoritatem? Documentum tale dat aliquis miraculo, quo se a Deo missum esse, ostendit, ideoque se divino jussu hæc facere; Hoc est σημειον. σημειον δεικνυεις, ostendere documentum, potius: *exhibere, præbere:* ὅτι ταῦτα ποιεῖς, quia sic te geris, quia templi sanctitatem hoc modo defendis, unde habes jus?

v. 19. Tunc respondet illis, nunc obscurum necessario auditoribus ejus: *Destruite hoc templum, & triduo illud excitabo.* Puto notum esse, Excitare ædificium de ædificando simpliciter dici. Postea explicatur hoc, v. 21. dixisse eum de templo sui corporis, sive, de templo, quo nunc corpus suum indicabat. Est manifeste sermo Allegoricus. Hoc templum, Templum Corpus indicat. Hoc ideo dixi, quia vidi, templum corporis ita a quibusdam explicari: in Christi corpore, ut in templo, habitasse divinitatem, vel divinam naturam.

Hoc

quia in Ebr. IX., 14. hoc ita est de Christo: Deo se obtulit. Jam hic spectatur, ut victima, agnus; Victima Dei, obtulit se Deo: Hoc autem: *Ferentem peccata generis humani* est hic, ut de victima interpretandum, hoc est e Levit. IV. ubi de illa sermo est. Sed quum victima fert peccata; intelligitur illud: victimam puniri, ne homo puniatur, vel, victima mactata, homini remitti pœnas & culpam. Aliter nunquam dicitur. Quare cum hic sit de victima sermo; illud „Ferre peccata" eodem redit: Eo mortuo, condonata sunt peccata. Omnia tendunt eo, agnus ut spectetur, tanquam victima.

v. 30. *Hic est, de quo dicebam ego: sequitur me vir quidam, qui me anteit: (cur dicebam?) quia erat revera præstantior me.*

v. 31. *At ego quidem eum non noram; sed tamen ut manifestaretur Israeliticæ genti, ideoque veni ego, aqua baptismum administrans.*

Equidem non noram eum, Messiam. Hoc vel referemus eo: Non noram, *ich kannte ihn nicht persönlich*, vel, non noram, hunc esse Messiam, non noram ejus munus: sed tamen ideo jussus fueram baptizare, ut ille Israelitis per me innotesceret: *ich kannte ihn nicht, und doch sollte er durch mich bekannt gemacht werden.* Igitur sequitur illud:

v. 32.) Hoc porro testimonium tradidit Joannes: *Vidi spiritum descendentem ut columbam de cælo, & immanentem illi Messiæ.*—

Dicit Joannes: Sed responso divino character hujus personæ adspectabilis mihi erat factus: Is, super quem videbis, spiritum descendentem; jam ego videbam hunc: nunc concludebam: hic est Messias. Nunc cum diceret hoc: hic est Filius Dei, hic est Messias; manifestat eum genti Israeliticæ. — Hic igitur erit nexus totius loci.

v. 33.

v. 33. *Ego vero eum non noram; sed qui me miserat, ut aqua baptizarem, ille mihi dixerat: in quem videris spiritum descendentem eique immanentem, est, qui Spiritu Sancto baptizet.*

v. 34. *Atqui ego vidi Spiritum Sanctum descendentem, itaque ego testatus sum, hunc esse Filium Dei.*

Cum in v. 33. dicat: qui me miserat baptizandi caussa; hoc aperte indicat divinam Joannis legationem: hanc etiam probat, quia ei responsum divinum contigetat. — De reliquis hæc addere liceat. Igitur in versu 33. cum dicatur spiritus, de cœlo descendens in Christum; res ipsa, hoc adspectabili modo indicata, mihi videtur esse hæc: Deum nunc tribuere Christo πνευμα ἁγιον, h. e. dotes illas extraordinarias & singulares, quibus Homo Jesus opus habebat ad gerendum illud munus doctoris, quod deinde gessit. Uti enim Prophetæ acceperunt πνευμα ἁγιον, sive, dotes ad munus gerendum necessarias; sic quoque homo Jesus accepit easdem, ut tanto muneri gerendo esset aptus atque idoneus. Si hoc dico, nil novi dico, cum in Act. X., 37. 38. Jesus Nazarenus dicitur, unctus a Deo, spiritu & vi, plane ut prophetæ spiritu & vi instruuntur, dotibus muneri gerendo necessariis. Tum etiam Jesus ipse in Luc. IV., 18. dicit: Spiritus Domini est super me, igitur annuntio vobis annum gratiæ, Deus me instruxit, Dei nomine doceo, ab eo habeo, quod doceo.

Postea: Spiritus ille e cœlo descendens dicitur: Manere super Christo. Id posset habere hanc vim: *Er blieb mit diesen Gaben beständig ausgerüstet.* Hic autem aliquid dicitur, quod in oculos incurrit: in quem videris spiritum descendentem & in eo manentem. *Wie nun das Herabsinken eine in die Augen fallende Sache ist; so ist es auch das Ueber ihn bleiben. Freilich, daß Jesus sein ganzes Leben hin-*

durch

durch die Gaben des heiligen Geistes behalten würde, das konnte Joannes nicht voraussehen. Es sinkt etwas herab auf ihn, es bleibt auf ihn; non transvolat in alium, ut quasi digito monstraretur, illa persona est hic, qui nunc cœlo instruitur πνευματι ἁγιῳ.

Restat tamen de illo dicere: Non noveram eum, ut eum nunc audivimus. Joannes Baptista Christum ante baptismum non habebat cognitum, *er wuste seine Bestimmung nicht.* Sed ab hoc videtur dissentire narratio Matth. III., 13. Venit Jesus e Galilæa ad Jordanem, & quidem ad Joannem, ut ab illo baptizaretur; sed Joannes prohibebat eum, nolebat admittere eum. Ego, enim, inquit, opus habeo, ut abs te baptizer, & tu venis ad me, ut ego te baptizem: *er weigert sich bescheiden.* Ergo tamen noverat Jesum: alias enim hoc dicere non potuisset. H. l. autem est: eum non cognitum habuisse. Hic igitur in Matthæi loco sumendum erit, eum cum Joanne plura locutum fuisse: *Er kommt und sagt: er solle ihn taufen,* tum sumendum est, eum plura cum Joanne esse locutum, & dixisse, se esse Messiam. Jam sequitur baptismus, & Christus adspectabilis factus est; tamen manet hoc in nostro loco: Non noram eum, priusquam mihi dixerat, se esse Messiam: Nunc etiam hoc miraculoso dono cognosco. — Sunt hæc in Commentariis omnibus valde diverso modo exposita, & nuperrime a Semlero in responsione ad Quelferbitana fragmenta. —

Sub finem v. 33. additur hoc: *Ille vos baptizabit Spiritu sancto.* Hoc quis non ex historia Apostolorum sibi ipso explicare potest? Perfundet dona Spiritus sancti super vos, uti Pentecostali die factum est. *Wie ich hier Wasser über die Menschen ausgieße; so wird er göttliche Geistes Gaben über sie ausgießen.* Nunc pergamus ad

v. 35.)

v. 35.) *Die sequenti rursus Joannes cum duobus discipulorum suorum ibi stabat:*

v. 36.) *Cumque videret Jesum venientem: en! inquit, agnum Dei!*

v. 37.) *Quodcum audivissent dicentem duo illi discipuli, secuti sunt Jesum.*

v. 38.) *Jesus vero conversus retro, cum hos sequentes videret, quærit eos, quid quæritis?*

v. 39.) *Illi vero: Rabbi,* (quod si vertatur, dicitur: Doctor), *ubi habites?*

v. 40.) *Tum ille: Venite & videte. Venerunt & viderunt, ubi habitaret: & apud eum hoc die manserunt: erat autem hora circiter decima, qua hæc sunt facta.*

Hæc hora est quarta aut quinta pomeridiana, pro nostra numerandi ratione.

De illis duobus discipulis, qui primo ad Jesum venerunt, pergit Joannes ita:

v. 41.) *Erat autem Andreas, frater Simonis Petri, unus ex duobus illis, qui audiverant a Joanne Baptista, hunc esse filium Dei & qui Jesum secuti fuerant.*

v. 42.) *Hic Andreas reperit primo fratrem suum Simonem, cui dixit: Invenimus Messiam, quod significat, si vertatur: Unctum.*

v. 43.) *Itaque duxit eum ad Jesum, & cum Jesus eum vidisset: Tu, inquit, es Simon, filius Jonæ: tu cognomen habebis Cephas, quod vertitur: Scopulus.*

Quo cognomine quid voluerit significare Jesus, dixit ipse in Matth. XVI., 18. in notissimo illo: Tu es Petrus & in hanc Petram ecclesiam ædificabo meam: ut adeo Christus nunc significare velit, se hoc Petro doctore usurum esse, qui veluti fulcrum sit ecclesiæ.

v. 44.

v. 44.) *Sequenti die volebat Jesus in Galilæam proficisci: ibi reperit Philippum, quem jubet se sequi.*

v. 45.) *Qui Philippus Bethsaidanus fuit, e patria Andreæ & Petri oriundus.*

v. 46.) *Philippus rursus Nathanaelem deprehendit, eique dixit: Quem descripsit Moses in libris legum, itemque prophetæ, hunc invenimus, Jesum, filium Josephi e Nazaretho oriundum, in hujus filii Josephi persona reperimus nunc eum, de quo Moses & prophetæ dixerunt.*

v. 47.) *Sed Nathanael illi hoc objecit: an Nazaretho potest boni quid oriri? sive, an ex oppidulo tam obscuro potest eximius oriri doctor?*

At fortasse in ea opinione fuit, quam Cap VII., sub finem describit: esse Judæos opinatos, e Galilæa non oriturum esse unquam prophetam. Hoc fortasse respexit, non videri e Galilæa prophetas, viros eximios, immo Messiam ipsum posse oriri. Non possunt certæ caussæ addi, cur dubitarit.

v. 48.) *Sed Philippus ei dixit: veni & vide. Quum Jesus Nathanaelem ad se venientem, videret, de eo sic dixit, adstantibus aliis: en! genuinum Israelitam, in quo non est dolus.*

Quæ duo commata eandem rem exprimunt. Nam in quo non est δολος, id indicat: Qui non est adulterinus, *nicht verfälscht, ächt*: sed hoc est in priori commate: En! genuinum Israelitam non depravatum.

v. 49.) *Hic vero Nathanael, unde, inquit, me cognitum habes? Sed Jesus respondet: Antequam Philippus te vocabat, noram te, versantem sub ficu.*

v. 50.) *Tum Nathanael, Rabbi, inquit, tu es Filius Dei, tu es rex Israelitarum sive Messias:*

Adeo-

Adeoque quia hanc rem fortuitam norat Christus, sub arbore quadam versatum esse, concludit inde, hunc esse divinum legatum, cui Deus ipse hoc patefecisset; hunc esse υἱὸν τοῦ Θεοῦ, quem ante Philippus, Petrus & Andreas viderint. In illa vero conjunctione horum: „Filius Dei, Rex Israelitarum" apparet respici ad Ps. II., (mox dicam, quo sensu hoc volo intelligi) in quo primo occurrit: Tu es Filius meus, hodie genui te: deinde additur, hunc esse regem Israelitarum constitutum. Erant ita Judaei edocti, Judaeorum regem, Messiam eundem fore υἱὸν Θεοῦ, uti in Ps. II., legerant. Hoc volebam, respici ad illum locum: non, quod Nathanael illum Psalmum in mente habuerit, sed quia erat ejus disciplina, quam a puero didicerat.

v. 51.) *His addidit Jesus: quia tibi dixi: noram te sub ficu versantem, credis, (Quid? Dixit aperte:) credis, me esse Messiam, & eundem illum Filium Dei? sed: μείζω τούτων ὄψει, majora his experieris.*

Majora, i. e. *Illustriora*, quae magis etiam in oculos incurrant. Hoc privato colloquio acciderat, ubi ostenderat Jesus, se esse illustriorem his: Sed experieris majora his, quae magis incurrant in hominum oculos. Sed hoc explicat etiam;

v. 52.) *Adjicit ergo hoc: Verissime vobis confirmo, ab hoc inde tempore vos visuros esse caelum apertum, angelosque Dei ascendentes & descendentes ad filium hominis.*

De his nunc quaero: Ab initio non satis commode poterunt proprie haec intelligi de ascendentibus & descendentibus angelis. Quanquam enim commemorare solent id, quod accidit post tentationem Christi in deserto, ubi angeli administrantes eum dicuntur: quanquam commemoratur etiam e passionis historia de angelo, caelitus delapso, Christum roborante ad mor-

tem, cum sudavit; tamen hæc non videntur omnem rem conficere. Nam illud in deserto jam ante fuerat factum, quam facta sunt hæc, ut adeo discipuli Christi hic non possint amandari ad rem futuram, cum illa res jam evenisset. Nam post baptismum statim, vel illico Christus in desertum delatus est, cum nondum habuit amicos & discipulos. Alterum autem de angelo sub tempore passionis Christi demisso viderunt illi, quamquam somno erant graves, ut ne horam quidem evigilare possent. Sed concedam, hoc posse conspici ab eo: sed hic loquitur ita, ut dicat, rem hanc mox & quasi perpetuo eventuram esse, ut non videatur unum aliquod exemplum, quod in tribus annis muneris Christi evenerit, tantummodo in animo habere. Ergo cum non potest proprie accipi, tropus erit in his omnibus, & angeli descendentes & ascendentes indicabunt Deum, qui singulari auxilio & providentia, angelorum interventu, aliquem hominem tuetur & fovet. Primo enim nemo potest negare, ministerium illud Dei ope angelorum indicare divinam providentiam, quæ per ministros homines tuetur, & defendit. Deinde in illo viso ipso, quod fuerat Jacobo oblatum, per scalas ascendisse & descendisse angelos, quid quæso est quam hoc: Curatus est ab angelis & salvus evasit? In hoc providentia divina indicatur: Deus te singulari providentia dignum judicabit. Hoc eum monet per illud somnium: hoc solatur eum per omnem vitam suam. Jam autem in vita Christi quot occurrunt exempla tam singularis providentiæ? Interdum enim petitur insidiis & tamen salvus evadit: interdum cinctus est hostibus, & tamen salvus evadit. Tum, quicquid ille vult, prospere succedit: voces etiam cœlestes audiuntur, quæ hunc Jesum commendent reverentiæ hominum. Interdum catervam ejicit e templo unus ille Jesus flagello, & nemo eum tangit. Ergo sensus est: Videbitis interdum me illustri providentia di-

divina fruiturum, &, ut ita dicam, digitum Dei ex omni vita mea appariturum esse, *daß man zehnmal sagen müsse: Hier stand ihm Gott bei.* Hoc autem si videbant Apostoli sæpe, uti viderunt sæpius, eo magis firmati sunt in ea persuasione: *Dies ist mein lieber Sohn, an den ich Wohlgefallen habe*, hunc singulari providentia curo. — Dixerunt autem hæc jam satis multi. — De filii hominis, titulo Messiæ, suo tempore poterit dici aptius, cum scriptor ipse hoc explicabit.

CAPUT II.

In hoc capite est eadem facilitas narrationum.

v. 1.) *Die tertio, postquam illa facta erant, nuptiæ celebratæ sunt Canaæ, in oppido Galilææ, ubi mater Jesu versabatur,*

v. 2.) *Fueratque etiam Jesus cum discipulis, ad nuptias has invitatus.*

v. 3.) *Quum autem vinum deficeret, mater Jesu illi hoc nuntiabat: homines vino destituuntur.*

Vbi mater Christi hoc dicit illi: destituuntur homines vino, fortasse non nisi anxia de illis hominibus locuta est, ut conquereretur apud filium de penuria; fortasse habuit sibi persuasum de filio suo excelso & divino, qui huic penuriæ mederi posset. Talium rerum & dictorum caussæ non possunt a nobis certo tradi. Ergo non est pugnandum, sive dicat quis hoc sive illud. *Aus welchem Grundsatze wollen wir das entscheiden?* Brevitas narrationis non patitur, rem certo dirimere. *In diesen Erzählungen ist immer nur Schattenriß. Sollte sie nichts gesagt haben, als: sie haben keinen Wein? sollte sie nicht noch mehr mit ihm gesprochen haben? Das Uebrige verschweigt der Schrift-*

ſteller. Hoc non poſſumus expiſcari nos; ſit igitur cuilibet liberum, cogitare de hac re, quomodo velit.

v. 4.) *Cui Jeſus reſpondet: Fac me miſſum: nondum enim tempus mihi opportunum venit.*

Quod Jeſus h. l. dicit, nondum veniſſe tempus opportunum, id quo ſenſu dixerit, e ſequentibus apparet; Nondum eſt tempus opportunum, miracula patrandi: differendum eſt hoc aliquando.

Illa verba: Τί ἐμοὶ καὶ σοι, Fac me miſſum; ſequuntur: Exemplum perſpicuum eſt in Luc. VIII., 28. Res illa quoties ſit reprehenſa, omnes novimus, quaſi ſit durities in illa locutione, ſane in Lutheri verſione. Verum enim vero nonne hujusmodi formulæ vitæ communis accipiunt per ipſam periſtaſin omnium rerum variam & diverſam ſententiam? Nonne vocis ſonus talia interdum mutare ſolet? *„Laſſen ſie mich gehen“ iſt ein Ausdruck des gemeinen Lebens, aber wie viel Bedeutungen hat er nicht?*

Similiter illud in eodem verſu: γύναι: hoc verſio germanica omittere debet. Ceterum neminem fugit, illas veteres linguas non uſas eſſe alia, quam illa locutione, quæ ſane molliter eſt expreſſa. *Und wo nun eine Sprache dieſes nicht auszudrücken pflegt; ſo läßt man dieſes in der Ueberſetzung weg; ſonſt wird die Ueberſetzung allezeit etwas anders ausdrücken.*

v. 5.) *Jam mater ejus miniſtris dicit: quicquid vos juſſerit, facite.*

v. 6.) *Erant autem hic vaſa aquaria ſex lapidea, pro more Judæorum ſe lavandi, quæ capiebant ſingula duas aut tres amphoras.*

De illo: μετϱητής, erit conferendus 2. Chron. IV, 5. ubi hoc verbum reſpondet ebraico verbo: *Bath*, Menſura major liquidorum inter Judæos. Quum autem Judaicus ſcriptor tractatur; illud verbum eſt explicandum, uti Judæi hoc intelligebant.

v. 7.)

v. 7.) *Jesus ministris, replete, inquit, aquaria vasa: Illi ergo usque ad marginem repleverunt vasa.*

v. 8.) *Tum dicit illis: jam haurite & ferte præfecto triclinii. Et fecerunt hoc*

v. 9.) *Quum autem præfectus triclinii gustasset aquam, quæ vinum facta esset, (nesciebat, unde esset: ministri vero non ignorabant, qui aquam hauserant); vocat sponsum præfectus triclinii, eique dicit:*

v. 10) *Quisquis primo loco apponit bonum vinum: ubi vero satis biberunt, tum deterius vinum apponitur: Tu reservasti bonum vinum usque adhuc.*

ὅταν μεθυσθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω; ubi satis biberunt, tum deterius apponitur vinum. Per se μεθυσθῶσι erit: ubi inebriati sunt; sed si quis contulerit ex Haggæo Cap. I., 6. intelligit planissime, eum intelligi, *qui satis biberit*, sine ulla inebriatione.

v. 11.) *Hoc fecit Christus initium miraculorum Canaæ in Galilæa, suamque majestatem eximiam ostendit; discipuli ejus vero in eum crediderunt.*

Hoc primo miraculo patrato dicitur *Jesus manifestasse* δόξαν αὐτῦ. Teneo ea, quæ ad Cap. I., 10. dicta sunt: *Wir haben seine Herrlichkeit gesehen, als die Herrlichkeit des eingebohrnen Sohnes vom Vater.* Qui Jesu tribuit δόξαν, hoc miraculo patrato, dicit, se maiestatem eximiam hoc luculento argumento ostendisse.

Discipuli ejus in eum crediderunt, habuerunt eum pro illo legato divino, qui esset Messias. *Das hatten sie schon geglaubt, wie oben steht; wenn es nun hier auch steht; so heist es: Firmata est eorum persuasio de hoc divino legato.*

v. 12.)

v. 12.) *Posthæc profectus est Capernaum ipse cum matre sua, & fratribus & discipulis suis, ubi tamen non multos dies mansit.*

Hæc sunt Luc. IV., 31. pluribus narrata, unde peti possunt, quæ hic desunt. Saltem veitam narrationem.

v. 13.) *Appropinquabat autem sacrum Judæorum paschale, quo tempore Jesus Hierosolymam proficisci solebat.*

v. 14.) *Deprehendit autem in templo, qui venderent boves, oves, columbas, tum nummularii etiam ibi sedentes.*

v. 15) *Facto igitur flagello e funibus, omnes ejecit templo, ovesque & boves: tum nummulariorum nummos effudit humi, & eorum mensas evertit.*

v. 16.) *Vendentibus columbas: removete, inquit, hæc, ne domum patris mei faciatis domum mercatui destinatam.*

v. 17.) *Tum discipulis ejus in memoriam venit, quod scriptum exstat: Zelus pro caussa templi tui me plane absumit.*

v. 18.) *Tum Judæi: quale, inquiunt, signum exhibes nobis, si hoc facis?*

v. 19.) *Jesus vero: destruite, ait, hoc templum, & tribus diebus reædificabo illud.*

v. 20.) *Tum Judæi, quadraginta sex annis, dicunt, structum hoc templum, tu ne illud triduo restitues?*

v. 21.) *Jesus vero de templo corporis sui dixit.*

v. 22.) *Cum igitur e mortuis resuscitatus esset Jesus, discipulis ejus in memoriam venit, quod hoc illis dixerit; fidemque habuerunt scripturæ, & doctrinæ universæ, ab eo dicendæ.*

In v. 15. sub finem occurrit & hoc: Christum evertisse eorum mensas, & effudisse τὸ κέρμα, quod verbum in-

indicat minores nummos, *Scheidemünze*: uti in v. 14. illi homines dicuntur κεϱματιςαι: & est κέϱματιςης, qui majores nummos cum minoribus permutat, *ein Geldwechsler*. Quoniam autem ille lucrum aliquod inde capit pro hac permutatione nummorum, & hoc lucrum dicitur κολλυβον; inde in v. 15. hi homines dicuntur κολλυβιςαι. Hæc sunt omnia certa, & præter Lexica etiam Salmasianus liber: de modo usurarum, quicquid ad eam rem pertinet, atque etiam hæc verba explicat; κεϱματιςαι & κολλυβιςαι sunt ibi synonima. In v. 17. succurrit in animum discipulorum Ps. LXIX., 10. in quo dicit Davides: Zelus tui templi me comedit. Zelus tui templi, indignatio tui templi & sacrorum tuorum me comedit, me propemodum conficit & consumit, tantum sentio timorem, ut fere moriar, pæne moriar præ commotione animi.

Ejectis autem hominibus illis v. 18. Judæi hoc dicunt: Τί συμεῖον δεικνύεις ἡμῖν, ὅτι ταῦτα ποιεῖς? σημεῖον, Documentum, unde constet, te habere hanc auctoritatem? Documentum tale dat aliquis miraculo, quo se a Deo missum esse, ostendit, ideoque se divino jussu hæc facere; Hoc est σημειόν. σήμειον δὲικνυεις, ostendere documentum, potius: *exbibere, præbere*: ὅτι ταῦτα ποιεῖς, quia sic te geris, quia templi sanctitatem hoc modo defendis, unde habes jus?

v. 19. Tunc respondet illis, nunc obscurum necessario auditoribus ejus: *Destruite hoc templum, & triduo illud excitabo*. Puto notum esse, Excitare ædificium de ædificando simpliciter dici. Postea explicatur hoc, v. 21. dixisse eum de templo sui corporis, sive, de templo, quo nunc corpus suum indicabat. Est manifeste sermo Allegoricus. Hoc templum, Templum Corpus indicat. Hoc ideo dixi, quia vidi, templum corporis ita a quibusdam explicari: in Christi corpore, ut in templo, habitasse divinitatem, vel divinam naturam.

Hoc

Hoc ego non nego; tamen in præsenti non video, cur has ideas his verbis conjunxerit: sed agnosco potius Allegoriam: Destruite templum, quo indicatur corpus.

Judæorum objectio, quod obscure dictum fuerat illud, est in v. 20. ita expressa. *Hoc templum quadraginta & sex annis ædificatum est, & tu triduo illud ædificabis?* His addemus hoc, non congruere numeros quadraginta sex annorum, si quis his intelligat templum, quod est post reditum e Babylonia per Esram, Nehemiam, Sorobabelem, ædificatum: etsi in hoc secundo templo, post reditum e Babylonia structo, Christus hæc dixit & Judæi locuti sunt. Nam illud a Sorobabele conditum templum non est in quadraginta & sex integris annis ad finem perductum, sed multo citius, quod compendia historiæ declarant. Hac de caussa igitur de hoc loco monere solent hoc: Cum illud ab Sorobabele conditum templum Herodes Magnus multo splendidius ædificare cœpit, illius templi fabricam anno decimo sexto ante Christum natum incepit; jam quæ hic Christus loquitur, incidunt in annum trigesimum post Christum natum. Computate hos numeros, & intelligetis, sic accurate quadraginta & sex annos efficere. *Von der Zeit, da Herodes den Tempel kostbarer bauen ließ, sind bis auf Christi Geburt 16 Jahr.* Ergo horum verborum sensus non est ille: *Der Tempel ist in 46 Jahren erbauet, sondern: Es ist schon 46 Jahr an dem Tempel gebauet worden:* & tamen non est absolutum, sed demum sub Agrippa est absolutum. Hæc cœperat monere Scaliger in libro: de temporum emendatione. Probarat & exornarat rursus Casaubonus in Exercitationibus contra Baronium pag. 247. Postea est a multis hoc repetitum. Equidem simul hos libros duos magnopere commendo lectoribus N. T. Est in libris his interdum multo plus, quam in Commentariis.

In

In v. 22. discipuli post reditum Christi in vitam dicuntur recordati esse ejus dicti, καὶ ἐπίστευσαν τῇ γραφῇ; sic igitur planissime firmata est persuasio eorum de vaticiniis V. T. καὶ τῷ λόγῳ ᾧ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς: & persuasio de vaticinio, quod Christus hic protulerat, se in vitam esse rediturum.

Unum est addendum: hæc narratio de sanctitate templi sic defensa, quæ etiam in Matthæi XXI., & Marci XI. occurrit, habet quoad Chronologiam difficultatem aliquam. Scilicet, uti hoc loco Joannis res manifeste incidit in primum annum muneris a Christo publice gesti: sic apud Matthæum & Marcum dicitur hoc fecisse Christus non multo ante mortem, adeoque tertio anno muneris a se publice gesti, quod est sane discrimen permagnum, Jam nullo modo fieri potest, quod aliquem scriptorem falleret memoria, qui erat spectator rei, ut putaret, primo accidisse anno, quod in tertio anno factum sit, & tertio anno accidisse, quod in primo factum sit. *So sehr kann sich Jemand nicht irren, der drei Jahre im Amte gewesen ist, daß er nicht wissen sollte, was zu Anfange seines Amtes geschehen ist, oder am Ende desselben.* Ergo plerique suadent, hanc rem bis evenisse; semel primo anno muneris Christi, & sic narrari a Joanne, iterum anno tertio paullo ante mortem, & sic a Matthæo & Marco narrari. Atque etiam sunt alia in Evangelistis, quæ si comparentur, bis a Christo dicta sunt. Meliorem hac ratione viam ingredi non possum; Et cum sint exempla ejusdem rei, non est veri dissimile, idem de hac narratione etiam dici posse. Hæc in Harmoniarum scriptoribus explicari, per se apparet, in quibus tamen maxime diligens Bengelius fuit. Sed præter hos etiam legendus est Casaubonus in libro supra laudato pag. 397.

v. 23.) *Quum vero Jesus Hierosolymis esset in hoc paschali sacro, multi in eum crediderunt, quia miracula, quæ patrabat, videbant.*

In eum crediderunt, ſive alius pro legato divino & propheta haberet, ſive alius pro Meſſia haberet. Non omnes eodem modo crediderunt de eo, uti eſt manifeſtum ex Evangeliſtis. Quilibet pro ſua ratione ſtatuit de Chriſto.

v. 24) *Sed ipſe Jeſus non credebat ſe illis, quia noverat omnes.*

v. 25.) *Neque opus habebat, ut aliquis teſtimonium exhiberet de homine aliquo: ipſe enim noverat, quid in homine eſſet.*

v. 24. *Non credebat illis*, non amicitiam iniit cum illis, non in eorum ædibus eſt verſatus, *er vertraute ſich ihnen nicht an*, non familiaritatem cum iis ingreditur. Cauſſa eſt hæc: Noverat enim animos eorum. *Er wuſte, daß ſie nicht alle aus wahrer Ueberzeugung ſo dachten; ſondern daß es Zulauf von Menſchen war, weil es hieß: Der Mann thut große Wunder, alſo wollen wir ihm folgen.*

v. 25. *Noverat, quid in homine eſſet*, noverat hominum ſenſa & occulta.

CAPUT III.

Sequitur in hoc capite colloquium Chriſti cum Nicodemo, in quo plura laboranda erunt, quam antea.

v. 1.) *Erat quidam Phariſæus, cui nomen erat Nicodemus,* ἄρχων τῶν Ἰουδαίων, *magiſtratus Judæorum, adeoque Aſſeſſor Synedrii.*

v. 2.) *Hic venit noctu ad Jeſum, & Rabbi, inquit, ſcimus, te veniſſe doctorem a Deo miſſum: nemo enim hæc miracula poteſt patrare, quæ tu patras, niſi Deus fuerit illi auxilio.*

His nil habeo, quod addam, niſi: plane hæc intelligi omnia poſſe de miraculis. Nemo miracula patrat, niſi

nisi Deus illi fuerit auxilio: Ex his concluditur: ergo est legatus divinus, doctor a Deo missus.

v. 3.) *Huic Jesus ita respondet: Verissime tibi confirmo, nisi quis denuo natus est, non potest Deum videre.*

Enim vero quis quæso hic est nexus? Et nonne sunt omnia præter modum abrupta? *Wir wissen, daß du von Gott gesandt bist, denn du thust solche große Zeichen. Nun fängt Jesus an: wahrlich, ich sage dir: wer nicht von neuen gebohren wird, kann das Reich Gottes nich sehen?* Igitur propemodum necessarium est, ut statuamus, Nicodemum multo plura locutum esse cum Jesu, expetiisse sibi a Christo, ut ipsum doceret institueretque, proposuisse suam de his aliisque rebus sententiam, ut post hoc longius colloquium nunc incipiat Christus: necessariam esse regenerationem homini. Hoc monuerunt multi, & est expressum multis verbis in paraphrasi Comitis a Linar. Sed jam Christi verba legamus. In illo: ἄνωθεν γεννηθῆναι, differo, cum alii malint vertere: *Desuper, cœlitus nasci*, alii: *Rursus, denuo nasci.* Utrumque patitur loquendi usus & vocabulum ipsum. Sed puto, vertendum esse: *Denuo nasci*; partim, quia libri sacri, ubi de hac regeneratione loquuntur, constanter dicunt, ἀναγεννησιν, aut, uti in epistola ad Titum est, παλίγγενεσιαν, regenerationem, partim, quia v. 4. Nicodemus hic loquitur ea, in quibus necessario est idea hæc rursus nascendi: *Num potest, inquit, homo in uterum matris redire, δευτερον, & ita nasci?* Igitur manifeste cadit, ut in secundo hoc: δευτερον nasci & in priori illo Christi, sit mens: Rursus, denuo nasci. Concedite mihi interea, significatum plane alium eumque meliorem fieri. Caussas deinde tradam,

Videre regnum Dei: Regnum Dei dicam esse Messiæ cœtum & omnia bona in cœtu Messiæ expectanda

da sectatoribus ejus. Sic enim laxissimo significatu in historia Christi Regnum Dei & Cœlorum dici, multis exemplis constat. Æstimate partes definitionis: Cœtus Messiæ & omnia bona, quæ in cœtu Messiæ expectanda sunt sectatoribus suis. Hoc monui, ne quis Regnum Dei hic angustissimo significatu de æterna felicitate intelligat. Hanc non excludo; moneo tantum, non unum hoc esse intelligendum, sed historice rem esse tractandam, & uti dictum est eo tempore, cum Christus publice prodiret, *so wie die Juden das Reich Gottes erwarteten. Videre hoc*, & ipsum aliter erit exprimendum. *Man kann, wie man leicht fühlt, den* cœtus *des Messias sehen, und das Gute, das in ihm vorgeht, ohne daß man wiedergebohren ist.* Igitur *illud ideam experiundi exprimit. Experiri cœtum Messiæ est ergo: In cœtu ejus experiri bona, frui bonis ejus:* uti *Videre* in ebraico sermone sæpe de experiundo dicitur. Hæc idea accommodate ad βασιλείαν τȣ̃ Θεȣ̃ erit duplex: Esse in cœtu Messiæ, & Experiri bona ejus, Frui bonis illius. Non potest esse in cœtu Messiæ, & frui bonis, nisi qui novam melioremque indolem & vitam sumserit. — Sequitur Nicodemi dubitatio:

v. 4.) Objicit igitur Nicodemus: *Quomodo potest homo nasci, cum senex est: num potest in uterum matris suæ iterum redire & nasci?*

Objectionem non ita capio: *Kann man den noch einmal in Mutterleib zurück gehen, und gebohren werden?* sed sic intelligo: Quemadmodum non fieri potest hoc, ut physice renascatur; ita non fieri potest, ut moraliter renascatur. — Postea, quia ille de impossibilitate usus mutationis, præsertim in senectute, loquitur, intelligitur & hoc cum velle: Num potest is, in cujus mente jam radices egit affectus, cupiditas, *der schon alt geworden ist, dessen Charakter auch alt*

ge-

geworden ist, num se ita mutare potest, ut plane sumat aliam indolem? num potest ille in senectute plane novam induere formam? *Es wäre eben so unmöglich, als wieder in Mutterleib zurück gehen.*

v. 5.) Respondit ad hæc Jesus: *Vere tibi confirmo, nisi quis natus fuerit per aquam & Spiritum; non potest ingredi hoc regnum Dei.*

Hæc responsio continet duo: a) Necessariam esse rem illam, regenerationem: nisi facta sit, non potest ingredi regnum Dei: b) Opus Dei esse, si per Spiritum renascitur homo. *Kann man in seinem Alter seine ganze Denkungsart ablegen? Es muß durchaus geschehen. Es muß durch den Geist geschehen.* Quod tu senex facere non potes, facere potest πνευμα. Sic in v. 6. explicat illud: per πνευμα fieri debere: & in v. 7. necessitatem: Oportet vos renasci. (Hic est nexus.) *Dies sind also die beiden Sätze, die hier zu betrachten sind.* Hæc igitur duo nunc sunt pluribus illustranda. Jam in v. 6. de rei illius necessitate dicitur, proposita caussa hujus necessitatis, a quo loco jam incipiemus. Sic enim de illo: *per Deum effici regeneratinem & per aquam*, poteri dici deinceps.

In v. 6. occurrit illud: *Quicquid de carne natum est, est caro: quicquid de spiritu natum est, est spiritus.*

Hic igitur „*quæ sit caro*" hactenus spectandum erit, ut vim & notionem carnis in tali serie orationis in animum revocemus, ubi de mutando homine in melius sermo est. In ejusmodi loco per omnia exempla *caro* est *Homo cum omni sua imperfectione morali*, ut quam brevissime dicam. Hæc autem imperfectio moralis erit in his: quod nescit, quæ scire caussa salutis suæ debet; quod vult & appetit, quæ velle & appetere non licet; quod & agit, quæ agere non debet. Hæc exemplis multis confirmare, non est necessarium;

nam

nam cui non succurrant loci, ubi Inscitia nostra dici solet σαρξ? ubi nostra cupiditas perversa dicitur σαρξ? ubi etiam, facta prava dicuntur σαρξ & εργα σαρκος? Si vero in omnibus his exemplis locorum sermo est de mutatione hominis in melius; necesse est, ut verbi „σαρξ" notio, collecta ex his omnibus exemplis, constituatur, nempe esse *hominem cum omnibus imperfectionibus moralibus*. Si igitur quæritur, -- nam de cupiditatibus, per verbum „σαρξ" expressis etiam dixi: -- an nostra inscitia in hujusmodi rebus dicitur σαρξ, conferri potest Math. XVI., 17. ubi σαρξ και αἱμα dicuntur ignorare res, nisi sint a Deo revelatæ: ille homo imperfectus est, quem latent, quæ scire debebat in caussa salutis. Ergo si hæc est σαρξ: apparet, quo sensu aliquis, *natus in carne*, dicatur; nempe, *a parentibus illis, in quibus est ipsa hæc moralis imperfectio*. Igitur natus e talibus parentibus est σαρξ, caro: poterit in Adjectivum mutari, quod concedunt omnes: est σαρκικος, *carnalis*. Hoc tamen id continebit: *Est similis illius σαρκος, illorum parentum, in quibus illa moralis imperfectio erit.*

Altera propositio: Quicquid e Spiritu natum est, est Spiritus. Hic rursus, quid sit *Spiritus* in tali serie orationis, ubi de mutatione hominis sermo est, videamus. Ergo in tali loco est πνευμα; *Deus, qua est potens, qua vires largitur, qua ipse etiam moraliter perfectissimus est.* -- Deus, qua est potens --: semper enim ita dicitur, quod homo non potest, Deus potest in homine efficere: qua vires largitur — per Deum effici eas, ab eo suppeditari, quod nobis desit: & qua est ipse moraliter perfectissimus -- ipse scit, quæ sint salutis nostræ: igitur a Deo edocemur: Ipse est perfectissima voluntate, per quam hæc omnia efficiuntur: ipse semper agit recte, igitur etiam nos vult semper recte agere. Sed nec hic exemplis singulis locorum opus est: veniunt

niunt sponte in mentem. Jam autem quum perpetuo Deus hoc per spiritum suum dicatur efficere, quod efficit, Spiritus, nominatim Spiritus Dei poterit intelligi, per quem id efficit, sed, qua est potens, qua vires largitur, qua ipse etiam moraliter est perfectissimus. Jam igitur *e Spiritu* sic descripto, aut, quod eodem redit, *e Deo natus*. *Natus*, id jam ante dixi, *Mutatus in melius*, novus homo factus, denuo natus: Is igitur est Spiritus. Quilibet sentit, hominem regenitum non esse πνευμα: manet enim in hoc. Unde etiam hoc πνευμα pro Adjectivo accipitur: Est πνευματικος, est spiritualis. Et ut antea „carnalis“ erat similis parentibus imperfectis; sic πνευματικος, similis est spiritui, per quem mutatus est. Illa vero similitudo hominis regeniti cum spiritu & Deo rursus redit ad ea: scit, quæ Deus scit, hominum saluti necessaria: judicat, uti Deus judicat v. c. sic esse agendum, hoc est quærendum, illud fugiendum. *Er gelangt zu einer Gott ähnlichen Kenntniß von dem Wohl der Menschen*; scit, quæ Deus scit; vult, quæ Deus vult, agit, quæ Deus vult, & uti agere Deus vult. Hæc similitudo voluntatis atque vitæ, est in omnium ore & vocibus: *Gott ähnlich werden. Wir müssen ihn aber auch in der Kenntniß ähnlich werden: wir müssen nicht selbst einen Weg nach unsrer Glückseligkeit bestimmen, sondern den Weg annehmen, den uns Gott zeigt: wir müssen uns leiten lassen, wie er uns leiten will; wir müssen nicht Grundsätze nach unserer Meinung festsetzen, sondern die von ihm bekanntgemachten Grundsätze annehmen:* sic format Deus animum nostrum per religionem εις επιγνωσιν και εικονα Θεου, uti est in epistola ad Ephesеos, ut nos sciamus, quod ille scit, verum habeamus id, quod ille pro vero habet. Hæc est igitur adumbratio totius illius loci & summa materiæ universæ.

Si

Si quis hoc secum ponderet, fieri cum τῳ πνευματι: nonne is secum perceptum habet, quid sit: Nunc ego sum regenitus? *Wer von Geist gebohren wird, ist nun geistig, ist dem Geiste ähnlich:* Jam ego sum illi spiritui similis, igitur sum regenitus. Et hoc est uno verbo illud: In melius mutari. *Man nenne es Sinnesänderung, Lebensänderung, Kind Gottes seyn, u. s. w. die Sache bleibt eben dieselbe:* in hoc est γεννηθηναι. Ceterum non fuerit inutile, siquis quosdam locos, ubi in Apostolorum scriptis dicitur Regeneratus, addiderit, & viderit modo non male amplius agentem, modo sancte viventem &c.

Superest hoc in v. 5. hominem etiam ἐξ ὑδατος γεννηθηναι, per aquam nasci. Jam etiamsi hic nostrum cuivis in mentem venit baptismus, & recte; tamen *objiciunt* id: *quomodo Nicodemo baptismus potuerit in mentem venire, qui sit post reditum Christi in vitam institutus?* Quid igitur, si hæc ponderemus invicem? Primo Joannes Baptista non multo ante hunc sermonem habitum in Palæstina administraverat baptismum; hoc igitur certum est. Hunc suum baptismum appellaverat baptismum μετανόιας Luc. III., 3. In hoc, quid est baptismus μετανόιας? Baptismus, per quem vel inchoatur, vel continuatur μετανοια, vel, injungitur homini obligatio της μετανοιας. Joannes repetit hoc tantum ob universum nexum. Joannes docebat: μετανοειτε. Homines veniebant & peccata sua confitebantur: tum imponebat illis meliorem vitam & resipiscentiam. *Dieses ist eine Taufe zur Aenderung*, vel inchoatur, vel continuatur, vel injungitur homini necessitas melioris vitæ. *Wer da will in die Gemeinschaft des Messias kommen, der lasse sich taufen.* Postea ipse etiam Christus per tres annos publici muneris sui baptizavit & baptizari per Apostolos jussit, ut mox legemus. Sed hic quoque baptizavit ideo, ut discipulos sibi

col-

colligeret. *Aber was ist das? Ist es nicht, er sammelte Leute, die sich ändern sollten?* Si hæc ex ipsa historia sumo, uti certa sunt, quomodo tandem objicere possunt, Nicodemum non potuisse baptismum intelligere? *Er hat ja die Beispiele vor sich. Wer sich von Christo und von seinen Jüngern taufen ließ, der wird verpflichtet zur μετανοια: durch die Taufe verpflichtet werden, ein anderer besserer Mensch zu werden:* quasi hac de caussa non potuerit intelligi a Nicodemo? Non opus est ab hac interpretatione recedere: Receditur autem ab ea sic, ut dicant, εξ ὑδατος και πνευματος esse: Ex aqua spirituali, per Hendiadys, εξ ὑδατος πνευματικȣ: hanc aquam spiritualem significare (Quid?) Doctrinam christianam. Unde? — Unde tropus ille, quod aqua spiritualis dicatur Doctrina christiana, cum non alibi ita dicatur? Et si quid est in hoc Evangelio simile Cap. IV., id suo tempore dicetur. —

Superest illud, quod nos in Tit. III., satis edoceamur, simili loquendi modo „*Lavacrum*" quod dicitur Lavacrum regenerationis, pertinere ad baptismum, quo omnes inauguramur religioni nostræ. — Igitur hæ duæ propositiones sunt pertractatæ: Per Deum mutemur, necesse est, ut illud fiat; per Deum & πνευμα necesse est; nam quisquis natus est e carne, similis est illorum parentum imperfectorum: ergo necessarium est, ut fiat potius Deo similis aut melior, quam est per natales suos.

In v. 8. sequitur illa illustratio: *Ventus flare solet, ubi vult, ubivis locorum, ubilibet flare solet: tu vero etiam stridorem ejus audis; sed nescis, unde veniat & quorsum abeat. Similis ratio est unius cujusque, qui per spiritum nascitur.*

In exemplo ipso tantummodo rogem illud cogitare, neque aliam hic, quam vitam communem, interpretandi regulam fieri; quia legi, quosdam dicere, posse

hoc tantum a physicis explicari; quasi hic interrogetur, quid physicus posset experiri? *Wir stehen da auf dem Felde; der Wind kommt von weiten: wir wissen nicht, in welchen Winkel er anfieng, er näherte sich uns, strich vor uns vorbei, wir wissen aber nicht, in welchem Winkel er aufhört;* sentimus ventum super capita volitantem, & iterum abeuntem. Si hoc est ita, necessario latet in hoc exemplo illud: Etsi certum est, ventum flare; in hac tamen re nonnulla nobis sunt obscura & mirabilia. Res est certa; in ea tamen nobis obscura & mirabilia sunt. Et hæc explicatio locum habebit hic: *So ist es mit dem, der aus dem Geiste gebohren wird.* Res est certa, sed nobis sunt quædam obscura & mirabilia. Omnia dixi, quæ sunt cuivis nota suo sensu. Nemo, qui jam sentit, se esse in melius mutatum, potest describere, quo puncto temporis hoc factum sit, quomodo progressus sit ad hanc aut ad aliam viam, quo modo vires ejus sint roboratæ, &c. *Am Ende sagen wir alle: ich hätte es nimmermehr geglaubt, daß ich die Laster ablegen könnte: Oder von einem Andern: ich hätte nimmermehr gedacht, daß er noch ein besserer Mensch werden würde. Es ist mir leicht, es ist mir eine Freude: sonst war es mir schwer. Was sagen wir am Ende? das hat Gott gethan,* hunc laudo, hoc gratus agnosco. Res est certa, *die Erfahrung spricht,* etsi nobis obscura & mirabilis videtur. -- Hac narratione volui cavere illud, ne cui succurreret, an fortasse hæc regeneratio hic dicatur strictissimo sensu mysterium, ut ego nihil intelligerem de modo, *von den Ursachen, Mitteln, Wegen, die ich gehen muß.* Atque ego didici: Deus utitur sacramentis, Deus efficit per adminicula, scio mihi esse elaborandum & sic porro. *Ich weis so viel von der Sache, wie sie geschiehet; ist sie doch nicht nach der Definition der Schule ein Mysterium, als z. B. jene*

Leb-

Lehre: Deus est homo factus: *Darüber kann ich wenig, beinahe gar nichts sagen. Ueber das Verhältniß der drei Personen der Gottheit kann ich wenig sagen, weit weniger, als darüber, wie man wiedergebohren wird. -- Diesen obigen vom Mysterio sollte hierdurch vorgebeugt werden,* nam hæc nobis sunt obscura & intellectu difficilia. -- Et sic putem plane congruere hoc similitudini venti. Sed hic perstat Nicodemus in illo suo, in

v. 9. *Quomodo hoc potest fieri, ut senex ita mutetur?*

Cum igitur Nicodemus permaneret in illo, non videri fieri posse, ut homo senex adeo mutetur, quamquam audiverit, per Deum hoc effici; respondetur illi hoc:

v. 10.) *Tu, cum sis Israeliticæ gentis doctor, hæc non perspicis, hæc dijudicare non potes?*

Hæc scilicet: a Deo homines posse mutari, cum per se nequeant homines se mutare. Hoc unum enim Christus præcipue dixit; Ille vero Judaicæ gentis doctor poterat dijudicare hoc, a Deo id effici, cum esset in scriptis V. T. sæpius aliquid: *Ego vobis cor novum dabo, lapideo corde remoto, carneum cor vobis dabo:* Aut in Davidis precibus: *Da mihi cor novum.* -- Sequitur querela quædam de hominum tarditate ad credendum:

v. 11.) *Vere tibi confirmo, me dicere, quæ sciam & docere, quæ viderim. Vos tamen doctrinam meam non suscipitis.*

ὁ οἰδαμεν -- Quæ scio, doceo, & quæ vidi, trado. Και i. e. *Et tamen* doctrinam meam non suscipitis cum assensu. Hæc est illa querela de tarditate credendi. In his „*quæ scio, doceo, & quæ vidi, trado*" bis dicitur eadem res. Inest autem hoc: Doceo, quæ habeo accurate perspecta, quæ scio, quæ vidi. Etsi igitur talia

doceo, quæ accurate perſpecta habeo; tamen doctrinam meam non ſuſcipitis.

v. 12.) *Si terreſtria vos docui, & tamen non fidem habetis, quomodo, ſi cœleſtia vos docui, fidem habebitis mihi?*

Terreſtria, quæ in terra fiunt; hoc eſt in vocabulo ipſo, adeoque, quæ inter homines eveniunt, cognita iis & obvia uſu vitæ communis. -- *Cœleſtia*, quæ in cœlo fiunt, -- hoc eſt in vocabulo ipſo, adeoque non cognita hominibus uſu vitæ, remota ab eorum ſententia, & Deo uni perſpecta. -- Brevitatis cauſa, *Terreſtria* voco *Res humanas & obvias: Cœleſtia* vero, *Res divinas, & abſconditas hominibus.* Exemplum rei terreſtris, de qua Chriſtus dixit, eſt ipſa illa regeneratio; nam hæc fit inter homines, in his terris, cognoſcitur uſu vitæ noſtræ, interiori ſenſu mutamur in melius. Repetam hoc: Si terreſtria, res humanas & inter vos obvias vos docui; tamen fidem non habetis, *wenn ich ſage, daß Gott die Menſchen beſſere, welches ich* -- Nicodemus enim ſemper reſpondebat: Sed hoc non eſt poſſibile --; quomodo fidem habebitis, ſi vobis tradidero, cœleſtia, *erhabenere Wahrheiten*, quæ vos non mente veſtra explorare poteſtis. -- Porro

v. 13.) *Sed nemo aſcendit in cœlum, niſi qui e cœlo deſcendit, Filius hominis, qui in cœlo eſt.*

Καὶ, i. e. At enim vero nemo cœlum aſcendit &c. *Nemo cum aſcendit*, hoc cum multis intelligo tropice. Igitur mente aſcendit nemo cœlum, mente & cogitatione, *ſich in Gedanken zum Himmel ſchwingen*, tropice, Capere res altioris indaginis, divinas res. Sic enim procurrit: At enim vero. *Jedoch, freilich ſchwingt ſich Niemand in ſeinem Gedanken zum Himmel*, niſi filius hominis, qui e cœlo deſcendit, qui fuit apud Patrem, ejusque conſilia cognovit. Deſcendit ibi, igitur fuit ibi, cum Deo verſatus eſt, *Da hat er Begriffe von himmliſchen Dingen.*

Deinde: *Filius hominis, qui in cælo est:* mutem in unum verbum „*cælestis*" & intelligam eum, qui est apud Patrem, habet notitiam illarum divinarum rerum. Recordemini nunc e Cap. I., 18. in quo hoc erat: *Nemo Deum unquam vidit: unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ille nobis hæc omnia descripsit. Der Mensch hat keinen Umgang mit Gott. Der Sohn, der in seinem Schooß ist, der mit ihm umgeht, sein Vertrauter, hat es uns gesagt, wie es mit uns beschaffen ist.* Homo, ut est tardus, non mente scandere potest cœlum. Cur autem hæc tropice acceperim, id partim feci propter illum alterum locum Cap. I., 18 parallelum, partim, quia non video in præsenti, si proprie de Christi ascensione in cœlum intelligitur, quid hoc sibi vellet in hac orationis serie. Unde: mente scandere cœlum, tropice cepi. --

Hactenus de illa mutatione Nicodemus est locutus. Sequitur nunc aliquid, quod non cohæret cum superioribus sic, ut unus idemque sensus continuetur. Æstimate ipsi: nostis quæ lecta sunt: *Ihr glaubt mir nicht, wie würdet ihr erhabenere Dinge glauben. Freilich weis fast Niemand diese Dinge, als der im Himmel gewesen, und vom Himmel gekommen ist. Und des Menschen Sohn muß erhöhet werden, wie Moses die Schlange erhöhete.* Hoc non cohæret. Igitur arbitror, cum Nicodemus interrogaverit plura de persona Christi, Christum nunc progredi ad aliud, atque de persona Christi & morte ejus salutifera dicere plura. Hoc non possum demonstrare; sed sumo, uti jam vidimus in v. 2. abruptum esse sermonem. Aliud hic nil habeo: nectere hæc non possum dialectice cum superioribus. Sic locum perlegamus.

v. 14. & 15.) *Uti vero Moses serpentem in deserto erexit, ita etiam Messias erigendus est, ut nemo, qui in eum credit, pereat, sed æternam accipiat felicitatem.*

Tantummodo duo addam: In illo: *Mosen erexise serpentem,* quis nescit esse hoc: *erexisse aliquid per quod sanitatem recuperarunt serpentum morsu vulnerati Judæi in deserto?* Sic hoc est in exemplo, & idem in explicatione. Ergo: *Filius hominis erectus est,* i. e. *Filius hominis est aliquid, per quod salus contigit hominibus.* Hactenus cogitarem simpliciter illud: Uti Moses omnium conspectui proposuit serpentem; sic filius hominis omnium conspectui debet exponi, per quem servantur homines. Sed in quo est illud: „*Omnium conspectui est expositus*"? Nempe hoc ὑψωθῆναι referri ad mortem, quam in cruce subiit filius hominis his de caussis. *In dem Worte liegt es nicht.* Caussæ sunt in stylo Joannis de hac ipsa re: Evolvamus igitur Cap. VIII., 28. Cum ibi a Judæis Christus non fuisset recte intellectus dicit: *postquam Messiam exaltaveritis; tum intelligetis, me esse Messiam & me nihil facere sponte, sed jussu patris.* Judæi Messiam in altum erexerunt, quid est in historia aliud, quam, quod eum in crucem altam sustulerunt? Evolvamus Cap. XII., 32. *Quando ego e terra fuero erectus in altum, tum omnes ad me traham.* Jam addit scriptor: *Hæc vero dixit, ut indicaret, quali morte obiturus esset.* Nos Judæi audivimus in lege, Messiam in perpetuum manere, quomodo tu dicis, Messiam debere in altum erigi, *von der Erde weggenommen werden?* -- Ibi sufficit, a Joanne explicari de morte Christi. Ergo apparet, Christum ante mortem sic esse locutum. *In den Worten, in der Geschichte und in dem Moses liegt so viel: Wie Moses die Schlange aufstellte als Mittel der Genesung; so muß der Messias öffentlich aufgestellt werden zu Aller Genesung, zu Aller Heil,* ad quem omnes confugiunt. Reliqua sunt plana. Sequitur hoc:

V.

v. 16.) *Nam amor Dei erga homines usque eo progressus est, ut Filium suum unigenitum donaret iis, ut nemo, in eum credens, periret, sed æternam acciperet felicitatem.*

v. 17.) *Non enim Deus Filium misit in has terras, ut infelices redderet homines, sed ut homines per eum redderentur felices.*

Hic est: *Deus misit Filium*; in superiore: *Deus dedit Filium suum.* Ergo verti: Donavit Filium. His cogitandis „*Deum amasse homines*" intelligitur in v. 14. illud: Messias debet erigi in altum: Cur? Decreto divino; voluit Deus, amore ductus, servare homines. — In v. 17. Non misit eum κρινειν, Judicare, i. e. Punire, in ebræo sermone: unde etiam: *Miserum reddere aliquem.* Et quia opponitur σωθηναι, Felicem reddere; κρινειν est non tam Punire, quam Miserum reddere.

v. 18.) *Qui eum suscipit, non miser redditur: qui vero eum repudiat, jam miser est, quia non suscipit fide unigenitum illum Filium.*

v. 19.) *Hæc vero est miseria, quod lumen venit in has terras; sed homines maluerunt tenebras, quam lumen: erant enim dediti sceleribus.*

Hæc est miseria: voluerunt omnes esse hoc: est caussa & fons miseriæ. Τὸ φῶς ἐλήλυθεν ἐις τὸν κόσμον, *Lumen, Cognitio melior & plenior* innotuit hominibus & quidem per Christum; sed homines maluerunt *Tenebras, partim suam ignorantiam illam, partim sua flagitia.* Caussa est: ἦν γὰρ πονηρὰ ἀυτῶν τὰ ἔργα, dediti enim erant sceleribus. *Sie wollten sich nicht belehren lassen, und ihre Laster ablegen.*

v. 20.) *Quisquis autem scelera patrat, fugit lumen, nec prodit in lumen, ut ne convincantur ejus flagitia:*

v. 21.) *Sed qui recte agit, prodit in lumen, ut facta sua palam fiant, quia sunt per Deum gesta.*

Πᾶς

Πᾶς ὁ φαῦλα πράσσων -- qui male agit, *fugit lumen*, non vult libenter meliora audire, ne convincantur ejus flagitia. Alter vero ille probus prodit in lucem, *er nähert sich dem Unterrichte von der Tugend*. Ποιῶν τὴν ἀλήθειαν vertitur: *Agens recte*, ob oppositum in v. 20. φαῦλα πράσσων, male faciens. -- Sub finem: illa boni hominis facta εν Θεῳ, *per Deum* sunt gesta, *juvante Deo, per doctrinam a Deo præscriptam*, venit eo, ut agat recte.

Sic igitur hæc altera particula sermonis Christi continebit illa: Messiam salutis caussa esse moriturum, hunc debere homines amplecti, hunc homines debere fide suscipere. *Sie sollen ihn annehmen, und nicht aus Liebe zu Lastern seine bessere Belehrung fliehen.* —

v. 22.) *Post hæc Jesus cum discipulis suis in Judæam profectus est, ubi cum iis versabatur, & baptismum administrabat.*

Jesus & discipuli ejus homines baptizarunt & sic cœtum sibi collegerunt.

v. 23.) *Sed etiam Joannes Baptista prope Ainonam baptizabat non procul Salemo, quia ibi multum aquæ erat: Veneruntque ad eum homines, & sunt ab eo baptizati eodem tempore, audita fama, & Joannem baptizasse & Jesum per discipulos suos.*

v. 24.) *Nondum enim Joannes in Carcerem erat conjectus.*

v 25.) *Oriebatur autem* ζήτησις i. e. *Disputatio a discipulis Joannis cum Judæis de baptismo:*

v. 26.) *Veneruntque ad Joannem & nuntiarunt illi: Rabbi, qui tecum erat trans Jordanem, de quo tu testatus es, en, iste baptismum administrat, & omnes ad eum ventitant.*

Vi-

Videntur igitur diſcipuli Joannis moleſte tuliſſe hoc, quod etiam Chriſtus baptizaret homines, præſertim cum plauſus Joannis hoc modo minueretur. Dicunt: Omnes ad eum ventitant: Relinquunt Joannem, & ſchola Chriſti augetur. Ergo in v. 25. legitur: *Orta eſt diſputatio a Joannis diſcipulis cum Judæis de baptiſmo.* Hoc videtur eo pertinuiſſe, ut diſputarent cum Judæis, cur non baptizarentur a Joanne, ſed a Chriſto. -- Certe res ita cogitare ſuadet. -- Diſputatio illa eſt περὶ καθαρισμȣ: Verti: *de baptiſmo: nach der Etymologie: über das Waſchen.* Vidi, qui hunc καθαρισμον de Purgatione peccatorum, de Remiſſione peccatorum intelligerent. Non video quid volunt h. l. cum res ipſa clamet.

Fortaſſis in v. 25. erit in nonnullis editionibus: μετα Ιȣδαιȣ, & non Ιȣδαιον, cum Judæo: *Es iſt aber kein Druckfehler, ſondern eine Leſeart hat ſo viel vor ſich, als die andere: man kann nichts entſcheiden. Es kommt aber auf eins hinaus.* -- Sequuntur nunc paulo difficiliora.

v. 27.) *His igitur ſuis diſcipulis Joannes hæc reſpondit: Non poteſt homo ſibi quicquam arrogare, niſi ei cælitus datum fuerit.*

v. 28.) *Vos ipſi mihi poteſtis teſtari, me dixiſſe, me non eſſe Meſſiam, ſed miſſum eſſe ante Meſſiam.*

v. 29.) *Qui ſponſam habet, is eſt ſponſus: amicus vero ſponſi, qui adſtat ad eum, audit, gaudet de voce ſponſi: hoc igitur gaudium meum nunc expletum eſt.*

v. 30.) *Illum oportet creſcere, me vero minui.*

v. 31.) *Qui deſuper venit, is eſt celſior omnibus: qui e terra eſt, is eſt e terra & loquitur e terra: qui vero e cælo venit, is eſt celſior omnibus.*

v. 32.)

v. 32.) *Qui vidit & audivit, docet; tamen doctrinam ejus nemo suscipit.*

v. 33) *Qui suscepit, is confirmat, Deum esse veracem.*

v. 34.) *Quem enim Deus misit, is doctrinam tradit: Deus enim Spiritum non admetitur.*

v. 35.) *Pater amat filium, & omnia tradidit in potestatem ejus.*

v. 36.) *Qui credit in filium, is felix erit: qui non credit, is in perpetuum miser erit.*

v. 27. *Non potest homo sibi quicquam arrogare, nisi ei cœlitus datum fuerit.* Hoc est ad Joannem Baptistam & ad Christum transferendum. Ergo Joannes Baptista, non plus sibi debet arrogare, quam Deus ei concedere vult, adeoque nunc debet discedere e medio, nec potest diutius florere; Hoc enim a Deo est ita institutum. -- Transferamus ad Christum; nisi Deus destinasset, ut me superaret multum, non fieret hoc. Quod ergo accepit, accepit a Deo. Cum illo autem : λαμβανειν --, quod nunc est: „*Arrogare sibi temere*" poterit Ebr. V., 4. conferri, ubi est eodem plane modo.

Secundo loco discipulis suis hoc proponit v. 28. *Ipsi vos mihi debetis testari, me dixisse, non esse me Messiam, sed ante Messiam missum. Ergo cum nunc adsit Messias, debeo ego illo inferior esse, ille major est.*

Tertio in v. 30. *Illum crescere oportet, me vero minui.* Hæc est summa illius orationis: sic Deus instituit: *me minui oportet, eum crescere.* Res in v. 29. illustratur exemplo. *Qui sponsam habet, sponsus est: amicus vero sponsi, qui adstat & audit, gaudet de voce sponsi: hoc meum gaudium nunc jam adest* Tractamus igitur ut similitudinem. In illo igitur „qui sponsam habet, sponsus est" erit hoc: Sponsus igitur est persona præcipua diei nuptialis: qui spon-

sam

ſam habet, eſt princeps illius diei, cujus cauſſa omnes conveniunt & gaudent. Transferam hanc ſimilitudinem ad aliam rem. Chriſtus ſponſo confertur: igitur Chriſtum nunc oſtendit eſſe primariam perſonam: amicus ſponſi adſtans, gaudet de voce ſponſi, de jubilo ſponſi, ſic Joannes cum amico gaudet; igitur uti convivæ gaudent de ſponſo, ita ego de Chriſto florente gaudeo. Plus non videtur ineſſe. *Es geht jetzt, wie auf einem Hochzeittage; wer die Braut hat, iſt die Hauptperſon, über die ſich ſeine Freunde freuen: jetzt iſt die Hauptperſon Chriſtus, ich ſein Schüler nehme Hauptantheil an ſeiner Freude.* -- Hoc meum gaudium, quale eſt amici de ſponſi felicitate, tale meum gaudium eſt expletum, jam nunc adeſt Chriſtus. -- Non quæſiverim igitur in illa mentione ſponſi & ſponſæ Allegorias myſticas, ac ſi Chriſtus ſponſus eſſet ſpiritualis; ſponſa vero ſpiritualis eſſet eccleſia, quæ quodammodo poſſunt trahi in multas partes. Eſt mera ſimilitudo. *Es geht mir wie einem Bräutigam an ſeinem Hochzeittage, ich bin nur ein Theil davon, nur ein Nebenwerk.* -- ✝. 31. *Qui deſuper de cœlo venit:* ſine dubio eſt Meſſias ipſe, qui hic ſpectatur ut legatus, doctor a Deo miſſus. Ille igitur celſior eſt omnibus, nempe legatis divinis ceteris. Celſior, quia ſuperat ceteros omnes intelligentia, multo plura ſcit hic legatus de cœlo miſſus, quam omnes reliqui legati.

ὁ ων εκ της γης --- Homo in his terris natus, quales ſunt omnes homines: Diſtinguitur ille a Meſſia, qui e cœlo, e ſinu patris fuerat ad homines miſſus, ideoque non ut vulgo homines ſolent, e terra ortus eſt & natus. Igitur exemplum ejus, qui e terra eſt, erit Joannes Baptiſta, homo natus inter homines, ut vulgo naſcuntur homines in his terris. -- Huic ſubjecto additur Prædicatum, quod videtur idem exprimere: Qui e terra eſt, is eſt e terra. Quum autem hæc propoſitio eſſet ſine

ſen-

ſenſu identica; in Prædicato „*e terra eſſe*“ ſignificabit: *eſſe vilioris conditionis.* Cauſſa eſt, quia antea opponebatur: Omnibus ſuperior eſt. Igitur nunc: e terra eſt, inferior, vilior eſt. --- Tum: *e terra loqui,* aut *terrena loqui* erit: *Vilia loqui*, uti antea. Res non eſt difficilis: nam „eſſe vilem“ nominatim indicabit, multo minori ſcientia eſſe præditum, multa neſcire, quæ ſcit alter, *eingeſchränkte Einſichten haben.* Vilia, terrena loqui, erit: tradere tantum mutilata & paucula, exigua; *Es iſt noch viel, was geſagt werden kann, dieſer ſagt nur was unbedeutendes.* Jam hoc repetit: ἐπάνω πάντων ἐςὶ --- is ſuperat omnes. Etiam addit hoc: v. 32. Ille quæ vidit & audivit, hæc tradit & docet, vel, quæ accuratiſſime cognita habet, ea docet. *Das iſt alſo der Vorzug. Er iſt ſelbſt Augenzeuge geweſen von dem, was er gelehrt hat.* -- Hoc repetamus: ſed jam ter has ipſas ſententias vidimus. Erat igitur illud: „ qui eſt e cœlo miſſus doctor & legatus di-
„ vinus: *er war bei Gott, er hat Gott geſehen, er iſt*
„ *vom Himmel herabgeſtiegen: er iſt im Himmel:*
„ *Dieſe Ausdrücke haben uns Chriſti Bekanntſchaft*
„ *mit den Rathſchlüſſen Gottes angezeigt, die er uns*
„ *als Geſandter aus dem Himmel ſollte bekannt*
„ *machen, weil wir ſie ſonſt nicht würden erfah-*
„ *ren haben. Der Augenzeuge wurde aus dem Him-*
„ *mel geſandt, welcher dieſe Rathſchlüſſe ſelbſt geſe-*
„ *hen und gehöret hat.* Qui ergo de cœlo venit, is eſt
„ omnibus legatis divinis celſior, Joanne, Paulo, Petro,
„ Jeremia. *Dieſe konnten nicht mehr ſagen, als, was*
„ *ihnen Gott geoffenbaret hatte. Dieſer aber, der*
„ *war mittelbare Geſandte Gottes, der alle Vor-*
„ *ſchläge Gottes kannte, konnte viel mehreres ſa-*
„ *gen, als wie jene.* Qui eſt in his terris natus, ho-
„ mo ullus aliquis, unus de multis, Joannes, Paulus,
„ Jeremias eſt multo inferior, vilior, multo viliora ſcit &

„ lo-

„ loquitur vilia & paucula, exigua quædam *in Verglei-*
„ *chung mit dem, was Gottes Sohn sagt.* Qui de
„ cœlo venit, is est celsior omnibus, nam quæ vidit & au-
„ divit, hæc nos docet, *persönlich hat er an allen die-*
„ *sen Rathschlüssen Gottes Theil.*" —

Vidi, hæc omnia jam eodem modo exposita esse in Chrysosthomi ad h. l. Homilia. Facite modo, ne cum verbis „ Terrenus & cœlestis " ubique easdem ideas conjungatis; multo minus, ut Terrenum semper Vitiosum existimetis. *Es ist hier von geringern und grössern Einsichten die Rede.* —

Additur: *και την μαρτυριαν αυτȣ* -- *& tamen nemo doctrinam illius assensu suscipit.*

v. 33. *Qui ejus doctrinam suscepit assensu, is Obsignavit, Deum esse veracem, veridicum.* -- *Obsignavit:* notissimum est, hoc verbum tropice significare: *Firmare aliquid.* Nunc igitur erit: *Assensu suo comprobare.* -- Integram sententiam nunc videamus. Ego doctrinam Christi assensu suscipio, *was wird von mir prädicirt?* Confirmo, assensu meo comprobo, Deum esse veracem. Quomodo hoc cohæret? Suscipio doctrinam Christi, -- cur? quia a Deo eam ortam existimo. Quod a Deo ortum existimo, id non possum pro mendacio habere, sed pro veritate. Igitur mecum statuo: Deus est verax: *Die Lehre ist wahr, er kann nicht trügen, er ist wahrhaftig: mein Beifall, den ich dieser Lehre gebe, ist eine Bestätigung, dass ich glaube und bezeuge, die Lehre ist wahr und ächt:* quantum in me est, ego comprobo hoc: Deus est verax. *Wenn nun* 1000 *Menschen dieses thun; so bezeugen sie dadurch, Gott ist wahrhaftig.*

v. 34. *Quem enim Deus misit, is mandata Dei proloquitur: non est igitur ille refutandus, quia alias Deus repudiatur. Der göttliche Gesandte trägt göttliche Wahrheiten vor: Verwerfe ich*

diesen; so verwerfe ich Gott: wenn ich Gott verwerfe; so lege ich zu Tage, Gott ist nicht wahrhaftig.

In sequentibus: εκ μετρȣ διδωναι, videtur esse: ad mensuram dare, vel, uno verbo: *Admetiri, Zumessen.* In hoc autem „*Admetiri*" est simul hæc idea: *parce dare. Je, wer wird denn seinen Kindern oder Gesinde die Speise zumessen, dass sie ja keinen Bissen mehr essen.* —

Postea: *Spiritum dare:* erit autem *Spititus* hic *omnia illa dona spiritualia,* quibus Deus doctores legatosque suos instruit. Est enim sermo hic de legatis divinis, quod negari nequit; Sed Spiritus, quem Deus legatis suis dat, significat ubique illas dotes, quibus instruit suos legatos. Igitur propositio hæc esset: Deus legatis suis non parce dotes tribuere solet; vel si volumus, multis eos obruit & instruit dotibus. *Wen Gott sendet, den begabt er reichlich mit Gaben.* — *Nun zum Vorigen:* Legatus divinus mandata loquitur divina, nam facit, ut possit dicere, quæ nemo alius potest dicere, ut sciat latentia, quæ nemo vidit: *denn Gott giebt seine Gaben im reichen Maasse seinen Gesandten,* facit, ut possint dicere & scire, quæ nemo alius dicere & scire potest, ut possint dicere ex 1 Cor. II., 9. *Was kein Auge gesehen, was kein Ohr gehöret, was in keines Menschen Herz kommen ist, das hat Gott uns bekannt gemacht:* non parce dedit nobis dotes. — Ex his omnibus fluit deinde hoc: audiendus est igitur legatus divinus. *Da nun Christus ein Gesandter Gottes ist, Aufträge von ihm hat, und mit einem reichen Maasse von Gott überschüttet ist, so muss man ihn hören.*

v. 35. *Pater amat filium, ideoque omnia potestati ejus tradidit: aliis fecit eum caput & dominum omnium: ergo nos sub eo sumus, nos parere debemus illi.*

v. 36. Qui igitur in filium credit, is eſt felix, filius eſt omnium dominus factus: *Nimmſt du ſeine Lehre an; ſo biſt du glücklich.* Qui filio non credit, reſpuit eum, is non fruetur felicitate, ſed ira Dei immanet tali homini. Deus hunc nunquam reddet felicem. Si placet, relegamus hunc omnem locum:

„Non poteſt quisquam ſibi aliquid arrogare, niſi „fuerit illi a Deo deſtinatum; igitur nec ego mihi vo„lo plus arrogare, quam Deus mihi conceſſit. Ipſi vos „debetis mihi teſtari, me non dixiſſe, eſſe me Meſſiam, „ſed ejus præcurſorem. Jam adeſt ille, igitur ego præ„curſor recedo. Qui die nuptiali ſponſam habet, is eſt „princeps totius illius diei; amici autem ſponſi, qui au„diunt ejus jubilum, gaudent. Sic adeſt nunc prima„ria perſona Meſſiæ, quæ floret, & ego, amicus ejus „gaudeo, quod adeſt & floret: tale meum gaudium nunc „mihi contigit. Igitur illum creſcere oportet, me vero „minui. *Das war alſo die Beruhigung für ſie, daſs „ſie nicht neiden ſollten.* Qui nobis eſt de cœlo miſ„ſus doctor, is omnes alios doctores multum ſuperat „intelligentia: doctor, homo, unus de multis in his ter„ris natus, eſt ſane vilior, loquitur viliora, pauciora ſcit: „nam quarum rerum ipſe teſtator & ſpectator fuit, „quæ planiſſime cognovit, ea nos docet; ſed tamen nemo „ejus doctrinam ſuſcipit aſſenſu: Qui vero eam ſuſcipit „aſſenſu, is comprobat, ſuo aſſenſu, ſe Deum habere „pro veraci. Nam legatus divinus non ſua, ſed Dei „mandata loquitur. Deus vero non parcius donis in„ſtruere ſolet legatos ſuos: ab his igitur multa diſce„re poſſumus. Cum igitur pater amat filium, fecit „eum omnibus excelſiorem. Si tu igitur hunc filium „ſuſcipias, & ſub hoc domino eſſe & vivere velis, con„tinget tibi felicitas: illi vero, qui hunc filium non ſuſ„cipiat, non continget illa felicitas, nec Deus eum red„det felicem. —“

CA-

CAPUT IV.

v. 1.) *Quum igitur audivisset dominus Pharisæos cognosse, Jesum plures discipulos facere & baptizare, quam Joannes Baptista;*

v. 3.) *Deseruit Judæam, rediitque in Galilæam.*

Pharisæi audiverant, Jesum plures colligere discipulos: videtur igitur hæc res eorum animos irritasse, multi fuisse sparsi rumores de ea re, ut Jesus hic prudenter agendum & se subducendum putaret, e Judæa in Galilæam, uti etiam in aliis locis, scilicet, ne insidias struerent. De hoc autem „*Jesum plures discipulos fecisse*" in v. 2. additur: *Quanquam Jesus non ipse*, i. e. sua manu *baptizabat, sed discipuli ejus sua manu baptizabant*, quanquam nonnisi per discipulos homines immergi aqua jubebat.

In v. 4.) *Oportebat autem eum peragrare Samaritanam ditionem.*

In v. 5.) *Venit igitur in oppidum Samaritanum, cui nomen fuit Sichar, prope locum illum, prope agrum eum, quem Jacobus Josepho, filio suo, possidendum dederat:*

v. 6.) *Ubi erat fons Jacobi, fons, qui ab incolis dicebatur fons Jacobi: Jesus igitur, fessus ex itinere, sic sedit ad fontem,* (sic sedit ut in nostro sermone: *er setzte sich so hin:*) *& hora erat hora circiter sexta,* h. e. duodecima, nostra ratione.

v. 7.) *Venit igitur mulier Samaritana aquam haustura, cui Jesus: da mihi, inquit, potum.*

v. 8.) *Discipuli enim ejus abierant in urbem, ut alimenta emerent. --*

In v. 5. occurrit nomen *Sichar*. Sichar est plane eadem, quam novimus e V. T. libris Sichemum. Quod

no-

nomen Sichem temporis successu in Sichar mutatum est, fuitque ea finitima monti Garizim, de quo monte in ipso sermone occurrit. -- Reliqua de hujus loci historia possunt peti e Casauboni Exercitationibus Antibaronianis pag. 209, vel ex Wettstenii ad h. l. Collectaneis.

Quum igitur, uti in v. 7. erat, Christus sibi expetiisset a muliere illa, ea ita pergit:

v. 9.) *Quomodo tu, cum sis Judaeus, a me, Samaritana muliere, potum tibi expetis?* — Joannes in parenthesi nunc addit: *Non enim mutuo utuntur Judaei Samaritanis, non est inter eos consuetudo. Et sunt notissima de odio Judaeorum immani & Samaritanorum.*

v. 10.) *Sed Jesus ei respondet: Si nosses beneficium Dei, & quisnam esset, qui nunc tibi dicit: da mihi potum; tu rogares eum, & ille tibi vivam aquam dono daret.*

Si nosses beneficium Dei: quale beneficium sit, statim sequitur, scilicet: *Quisnam esset, qui hic tecum loquitur.* Hoc erat beneficium, quod contigit mulieri illi a Deo: colloqui cum Messia. *Si hoc nosses, peteres a me, & ego tibi vivam aquam darem. Vivam aquam:* id per dicendi quidem consuetudinem indicat *Quellwasser*, viva aqua, quae non arte per canales derivata est, sed ipsa sponte ebullit e venis terrae. Sed facile apparet, Christum noluisse hoc sensu vivam aquam dare. Quare licebit huic verbo aliam subjicere notionem. Darem tibi *vivam aquam aliam.* Simul in illo est etiam ambiguitas; nam juxta loquendi usum aqua viva poterit etiam esse per Ebraismum: Vivifica, Vivalis, quae felices reddit. Verbum est ambiguum. In versione adjuvi hoc modo: Aliam vivam aquam tibi darem. Quae res sit, apparebit deinde.

v. 11.) *Sed haec mulier: Domine, inquit, neque habes vas adhauriendum, & puteus est profun-*

dus: unde igitur habes aquam vivam? — Hic rursus aquam intelligit proprie,

v. 12.) *Num tu præstantior esse potes parente nostro Jacobo, qui nobis instituit hunc puteum, & ipse ex hoc bibit cum filiis suis & pecore?*

Num tu meliorem mihi hac nostra aqua patria præbere poteris?

v. 13.) *Jesus respondit deinde: Quisquis bibit ex hac aqua vestra, is rursus sitiet;*

v. 14.) *Sed qui biberit ex aqua, quam ego ipsi præbebo, in perpetuum non sitiet; sed aqua, quam ego ipsi præbebo, fiet in illo fons aquæ salientis in æternam vitam.*

Sub finem: *Fons aquæ salientis:* Sed ipsum hoc „Salire" per rei naturam erit: Scaturire „Ebullire" *hervorquellen.* Hoc autem: *hæc aqua fiet in illo homine fons, in perpetuum scaturiens,* mutabitur in illo homine aqua in fontem perpetuo scaturientem. Nihil additur explicandæ Allegoriæ; igitur nostrum est, investigare, quid in hac insit. Sit igitur aqua, quam Christus largitur, Imago bonorum: aqua hæc omnem exstinguit sitim, ne redeat sitis: Sit hæc imago bonorum perfectorum, quæ cum tenemus, acquiescimus, nil amplius expetimus. Hæc aqua in homine mutatur in fontem, perpetuo scaturientem, hæc perfecta bona efferunt fructus in æternum duraturos. Si de bonis ipsis quæratur, intelligam partim doctrinam Messiæ, partim Quicquid præterea salutis ei debemus. His autem duobus conveniént omnia illa Prædicata: perfecta bona, fructus æternum duraturos efferent.

v. 15.) Hic rursus mulier illa: *Domine, inquit, da mihi hanc aquam, ut ne sitiam denuo, neque redeam huc haustura aquam.*

Quum igitur nondum intellexerit hanc rem, Christus aliam ingreditur viam, ut doceat, se esse Messiam, & verorum bonorum auctorem.

v. 16.) *Jesus igitur, abi, inquit, & voca maritum tuum, & redeas huc.*

v. 17.) *Illa, se non habere maritum, respondet; & Jesus, tu recte dixisti, inquit, te non habere maritum.*

v. 18.) *Quinque enim maritos habuisti: quem in præsenti habes, non est maritus tuus: illud vere dixisti.*

v. 19.) *Illa vero mulier, Domine, inquit, video, te esse Prophetam.*

Hac via igitur ingressus est Jesus, ut illa sentiret, se cum propheta loqui, cum superior Allegoria esset ei obscura. -- De his, quod dicit „*Quem nunc habes maritum, non est maritus tuus*" ego nihil scio, quare sit dictum. Igitur per me dicat alius, eam nunc fuisse cujuspiam concubinam, aut alius, eam fuisse viduam apud quendam curatorem. Tali nil poterit effici, nec videtur magnopere curandum esse.

In v. 19. manifeste est, prophetam nunc hoc significatu dici, cui divinitus aliquid sit revelatum. Fata enim mulieris novit; divinitus illi revelata esse ea agnoscit. Pergit ita:

v. 20.) *Majores nostri in hoc monte publica sacra fecerunt: & vos dicitis, Hierosolymis esse locum, ubi sint facienda publica sacra.*

Ante v. 20. sunt rursus inserenda cogitando. Cogitate modo, hæc non satis cohærere & esse abrupta. Poterit igitur tale quid inseri: Quum sis propheta, cupio a te doceri: proponam tibi quæstionem de odio Judæorum & Samaritanorum. Tale quid omissum est. -- Postea montem, qui hic dicitur esse Garizim, ipsa historia & geographia declarat. -- προσκηνυν verti: *Publica sacra facere:* nam de hac re fuit omnis inter Judæos Samaritanosque controversia, cum illi in monte

Garizim, Judæi vero in monte Moria publica ſacra faciendа eſſe putarent.

v. 21.) *Huic reſpondit Jeſus: Crede mihi, venturum eſſe tempus, quo neque in hoc monte, neque Hieroſolymis publica ſacra fient Deo Patri.*

v. 22.) *Vos facitis publica ſacra pro veſtra veri ignoratione, nos facimus publica ſacra pro noſtra meliore cognitione: ſcilicet, ſalus a Judæis oritur.*

v. 23.) *Sed venit, uti dixi, tempus, atque adeo jam adeſt; veri cultores Deum patrem colent mente & vere: nam Pater tales deſiderat ſui cultores.*

v. 24.) *Deus ſpiritus eſt, ideoque colere oportet eum ſpiritu & vere cultores ejus.*

Præmittam de v. 22. in quo verbotenus hoc legitur: *Vos colitis Deum publice*, ut ante diximus, ὃ ὀυκ οἴδατε *quod neſcitis*. Hoc eſt obſcurum. Mox: *nos colimus illum publice*, ὃ οἴδαμεν, *quod ſcimus*. Et hoc ipſum eſt obſcurum. Agnoſco loquendi modum plane ſingularem, neque igitur quæro exempla: Colis Deum quod neſcis aut quod ſcis. An alibi hoc legatur, an eſt Ebraiſmus? Igitur ut in omni loquendi uſu ad rei naturam transeundem eſt, quod voluit ſcriptor his verbis exprimere, ita eſt hic. Hoc in verſione, ita expreſſi: Pro veſtra veri ignoratione, *vermöge eurer mangelhaften Erkenntniß:* Nos Judæi pro meliori Dei cognitione colimus Deum, pro noſtra meliori cognitione, *nach unſerer richtigen Erkenntniß.* Sed, ſic expreſſa re per periphraſin, conſpirat hiſtoria cum hoc ſenſu, quod deinde eſt argumentum, hoc ita intelligendi. Etenim notum eſt, Samaritanos tantum Pentateuchum recepiſſe, ceteris libris Judæorum ſacris repudiatis, adeoque multa, quæ in Prophetis ſunt de Meſſia, ab illis ſunt repudiata, multa de futuris eccleſiæ fatis ſunt ab

illis

illis rejecta, quia Prophetas non admittere volebant. Sufficit, intelligi, eos non modo defectu laborasse, sed etiam falsas habuisse in quibusdam partibus ideas. Quum igitur Judæi illos libros probarent; habere poterant meliorem cognitionem. Ex hac igitur historia videtur confirmari illud: *ihr verrichtet euren öffentlichen Gottesdienst, so wie es eure falschen Kenntnisse der Religion verstatten. Bei uns ist der öffentliche Gottesdienst nach der richtigern und reinern Art eingerichtet, nach bessern Religionskenntnissen, als er bei den Samaritanern ist.* -- In eodem versu sequitur: *Salutem e Judæis esse, oriri. Salutem* ceperim duplici modo: 1) ipsum Messiam, 2) propagationem verioris religionis. Hanc utramque rem e Judæis originem traxisse, est in promtu. Sed de propagatione religionis redite in memoriam talium locorum: *Aus Zion wird der Glanz ausbrechen*, item: *omnes gentes venient Hierosolymam & verum Deum adorabunt:* planius: eundem verum Dei cultum accipient, quem Judæi acceperunt. Sic salus e Judæis habuit originem, salutifera religio a Judæis ad ceteras omnes terrarum partes est propagata. Quæ res additur superioribus uti caussa. Nos colimus Deum pro nostra meliori cognitione. *Woraus ergiebt sich das?* scilicet: Deus e Judæis non e Samaritanis salutem vult tradere & spargere per omnem terrarum orbem: *theils der Messias, theils die wahre Religion soll von ihnen abstammen.* Concluditur inde: est igitur non credibile, in Judaica gente falsam omnino esse religionem, sed veram, *damit die Jüdische, wahre, Religion dann zur Grundlage aller übrigen Religionen werde.*

In v. 23. verbum „προσκυνειν“ jam non de publicis sacris porro potest capi per naturam rei. Nunc non amplius de illa controversia est sermo, sed προσκυνησις mente & animo describitur. Ergo nunc est προσκυνησις in

in universum: *Cultus Dei, qui fit mente potissimum & animo.* In his non morabor: πνευματι και αληθεια colere Deum. Possumus enim duo conjungere; Spiritu & Veritate, pro: Spiritu vero, sincero, integro, non vitioso. Possumus etiam separatim spectare: Spiritu, Mente, *von einem*, Veritate, vere, *auf die gebührende Art.* Nonne utrumque redit eodem: Colo Deum spiritu, animo vero & sincero, sive, mente & vere? --

Superest hoc unum, ut si quis de illis publicis sacris & dissensu super illis velit quædam legere; reperiet in Carpzovii Critica Sacra in Disputatione: de Pentateucho Samaritano.

Jam autem, ut hæc eventum habuerunt, Hierosolymis cessaturum esse publicum Dei cultum, ita objiciunt, non habuisse hoc eventum, cessatum esse in monte Garizim; quia in hunc usque diem Samaritani incolant illi monti vicina loca. Quum igitur huc usque continuatur προσκυνησις, non videtur hoc dictum verum, nec in monte hoc cessatum esse. Sed illum locum perlegite in Carpzovii libello. Sed, inquam,

1) ne constat quidem, an isti homines, qui hodie ibi sunt, revera sunt propago Samaritanorum, ut adeo dicere possis: inde ab illa ætate, continuata serie, est propagatus cultus Dei. Contra hoc pugnant pleraque.

2) Eundo per historiam medii ævi disci potest, quam miris vicissitudinibus fuerit illa regio exposita; modo sunt educti ipsi incolæ, modo aliæ coloniæ sunt eo deductæ, & usque ad imperium Turcicum, sub cujus potestate illa loca sunt, res est progressa. In his vicissitudinibus quomodo dici potest: hæc est gens propago illorum hominum? Nullo modo dici potest.

3) Denique, quod ibi faciunt, id non potest tali modo cultus publicus dici, ut hic dicatur, templum splendide ædificatum esse, hic esse sacerdotia &c. pauculi homines in obscuro & miserius ibi vitam degunt. Hoccine igi-

igitur est, publica sacra facere? religionem ibi florere? Simile esse illis temporibus? — Verissime hoc prædictum evenit, non fore temporibus posteris cultum publicum ibi, qualis fuit tempore Christi.

Præter Carpzovii librum non pœnitebit etiam legisse Scaligerum de temporum emendatione pag. 661. qui rem proposuit accurate.

v. 25.) *Mulier igitur illa: Novi, inquit, Messiam venturum esse.* — Scriptor nunc addit parenthesin: *Cum autem venerit, omnia nos edocebit.* Igitur & hoc edocebit, utra parte stet vera religio.

v. 26.) *Tum Jesus: ego sum, qui tecum loquor.*

v. 27.) *Interea venerant discipuli ejus, quos miserat, ut emerent cibos; redibant ergo & mirabantur, eum cum muliere illa colloqui: Nemo tamen interrogabat, quid vis? quo consilio facis? aut, quid loqueris cum muliere illa?*

v. 28.) *Mulier, relicto vase suo, abiit in urbem & hominibus dicit: agite, quæso,* (29) *videte hominem, qui omnia mihi fata enumeravit: Num fortasse hic est Messias?*

v. 30) *Egressi igitur sunt urbe, & ad eum venerunt.*

Transeamus ad v. 39.) *Ex hac urbe autem multi Samaritanorum in Messiam crediderunt ob sermonem mulieris, quæ testata fuerat: Fata mea mihi dixit omnia.*

v. 40.) *Quum igitur ad eum venerunt Samaritani, rogarunt eum, ut apud sese maneret: & mansit ibi biduum.*

v. 41.) *Ac multo plures nunc crediderunt in eum ob institutionem ejus.*

v. 42.) *Et mulieri dixerunt: non amplius credimus propter tuum sermonem: Nos enim ipsi audivimus eum & vidimus, hunc esse revera servatorem generis humani, Messiam.*

Quæ omisimus & quæ deinde proferentur, ea omnia versantur in digressione, & in colloquio Christi cum discipulis. Est autem hoc.

v. 31.) *Rogabant eum discipuli, ut vellet cibum sumere.*

v. 32.) *Ille vero: ego, inquit, habeo cibum, quem comedam, vobis non satis notum: ego alium cibum habeo, aliud quid loco cibi habeo.*

v. 33.) *Hinc discipuli invicem dicunt: Num quis ei attulit cibum?*

v. 34.) *Jesus vero: meus cibus est, ut obediam ei, qui me misit, & opus ejus ad finem perducam.*

Opus illius i. e. Negotium ab eo mihi demandatum. Sic enim alibi de ea re loquitur: adeoque tibi nunc non est tempus, cibus est postponendus officio muneris mei. Id εϱγον, Christo a Patre demandatum, inerit in docendo. Antefert nunc cœnæ & alimentis illud. In his nunc pergo:

v. 35.) *Nonne vos dicitis, esse adbuc quatuor menses, usque dum messis venerit? Ecce vero, rogo vos, tollite oculos vestros & circumspicite agros, eos jam albicare ad messem.*

Quum illud e vita communi profert: *Dicitis, quatuor menses superesse ante messem;* „terminus a quo" erat facta sementis. Dicitur vulgo post sementem adhuc quatuor menses restare, donec messis incipere possit. Hoc natura explicat. Sed addit illud: Videte vero, jam albicantes Campos ad segetem: nunc quidem quo die ego hoc dico, prope instat messis, jam albicant fruges. Hæc tradita nunc sunt in Allegoriam transferenda, quod est manifestum. Erit igitur intelligenda sementis Allegorica. Hæc erit omnis præparatio futuræ collectionis hominum in cœtum Messiæ. Erit etiam Allegoria „Messis" & quidem ipsa hominum in cœtum collectio. Quum dico, præparationem futuræ

col-

collectionis illius, intelligo Spatium V. T. omne inde a Mose usque ad Joannem Baptistam. Ibi enim Deus usus est præparatione hujus rei, ut, hoc omni spatio elapso, tantum cœtus Messiæ colligeretur, aut ecclesia christiana. Sic *Messis ipsa erit historia Christi & Apostolorum, per quos ecclesia Messiæ undequaque est congregata.* Hac Allegoria ita posita, vis similitudinis nunc facile apparebit. Dicit igitur hoc: *Wie Saat und Erndtezeit weit von einander entfernt sind, endlich aber doch die Erndtezeit anrückt: eben so ist lange genug die Zeit der Vorbereitung hingegangen, und nun nahet sich die Zeit der Sammlung meiner Gemeinde.* In hoc propemodum omnes vidi consentientes inde ab antiquissimis temporibus, & in fine digito monstrabitur, hanc messem a Christo esse intelligendam. -- Quæ sequuntur, omnia dicuntur Allegorice.

v. 36.) *Jam qui metit, is mercedem accipit & fruges comportat in æternam vitam,* fruges æternum duraturas & profuturas.

Qui metit, i. e. qui strenuam operam navat in colligendo meo cœtu, — hæc erat messis — ; is præmium accipit & quidem æternæ vitæ præmium. Si vos Apostoli volueritis dare operam, mea caussa labores suscipere; æternam mercedem habebitis. Deinde: *ινα και ὁ σπειρων* — Ut qui metit & qui seminat pariter gaudeat. Ut (inseramus) e qua re sequitur, quod & hunc effectum habet, quod & hic & ille gaudeat. Qui serit — Omnes sunt illi, qui (in V. T.) præpararunt illam collectionem cœtus. Qui metit — rursus sunt Apostoli. Illi qui sementem fecerunt, gaudebunt, cum videbunt, rem esse tandem perfectam: cum vos olim in cœlis felices pro studiis vestris videbunt, si gaudebunt, jam intelligent, se non frustra laborasse. Hoc est igitur: nolite putare, metentes fructum capere, etiam

is,

is, qui sementem fecerit, fructum capiet. *Ich arbeitete mit an der künftigen Ausbreitung: glücklich bin ich, daß meine Arbeit nicht verlohren gewesen ist.* Deinde:

v. 37.) *In hac enim re* ἐϛιν *Valet, locum habet,* ὁ λογος ὁ ἀλήθινος, *Proverbium illud:* (quale?) Alius serit, alius metit. — Nonne hoc est proverbium? Igitur ὁ λογος ὁ ἀληθινος indicabit simpliciter Proverbium. Sic appellari solet: *Da gilt das alte wahre Wort:* Alius serit, alius metit, sive, Labor inter plures solet esse diversus. *Der Landmann hat viele Knechte: der eine treibt dies, der andere jenes.* Similiter ego: Alii præpararunt, vos absolvitis hoc opus. Valet igitur hic vetus proverbium. Jam sequitur:

v. 38.) *Ego vos misi ad metendum, quod vos non laboraveratis,* in quo vos non laboraveratis: *alii laboraverunt, sed vos in laborem eorum intrastis,* successistis in labore. —

Jesus misit discipulos suos ad metendum, atqui misit eos, ut colligerent cœtum. Igitur *Mittere* necessario est *Colligere eum cœtum.* Illi laboraverant, V. T. doctores præparaverant, Vos succeditis in laborem eorum, continuatis & absolvitis opus. Math. IX. sub fine, hæc res imagine messis est adumbrata. Instat tempus messis: sequitur inde, quod Christus ante dixit: Cœnæ tempus postponendum esse officio muneris sui. *Die Erndte ist, jetzt müssen wir arbeiten, und müssen alles vergessen, was zur Pflege des Leibes gehört.*

Atque nunc venerunt Samaritani catervatim. Christus igitur dixit: Messis nunc adest. Admonet discipulos, ut etiam imposterum sic agant. Sic poterit transiri ad

v. 43.) *Biduo post profectus est istinc ex urbe Samaritana, in qua fuerat, transiitque in Galilæam.*

v.

v. 44.) *Nam ipse Jesus declaraverat, doctorem in patria sua non magni fieri solere.*

Id declaraverat apud Lucam IV., qui locus accurate tempori respondet: *sie hatten ihn sogar von dem Berge bei Nazareth herabstürzen wollen.* Dixit igitur illa verba in v. 44. Sed quomodo hoc cohæret? Transiit in Galilæam: igitur in patriam. Caussa additur: nam declaraverat, se in patria nil valere. Cur transit in patriam? Hoc senserunt omnes: alius igitur alio modo explevit hic quendam defectum. Dicunt: eum quidem venisse in Galilæam, sed non in urbem Nazarethum; alius: venisse in Galilæam, sed non in urbem Capernaum. Utar & ego meo judicio & explebo: Transiit in Galilæam præter omnium expectationem. Cur? Nam ipse declaraverat, doctorem in patria nil valere. Evidenter talia dici non possunt: monendum tamen est, aliquid esse supplendum, ut melius cohæreat. Nunc in v. 45. *Quum igitur venisset in Galilæam, benevole eum exceperunt Galilæi.* — Nunc res aliter accidit, quam vulgo fieri solet. *Nun sehe man, warum er wider aller Erwarten nach Galiläa gieng.* Sequitur caussa: *quia viderunt omnia, quæ sacris Paschalibus fecerat Hierosolymis. Ipsi enim Galilæi adierant sacra illa paschalia.* — Res ibi gestæ, Cap. II. sub finem sunt traditæ.

v. 46.) *Itaque venit Jesus rursus Canam Galilææ, ubi aquam mutavit in vinum. Erat autem ibi quidam regius Capernaumi, cujus filius morbo laborarat.*

Regius intelligitur, quem nos *hominem aulicum* dicimus, in aula regis Herodis vixit. Si necesse est, aliquid in re liquida relegere, sunt exempla multa in Wettstenianis notis ad h. l. & Casauboni Exercitationibus Antibaronianis.

v. 47.) *Hic igitur aulicus quum audivisset, Jesum e Judæa in Galilæam venisse, accessit ad eum, rogavitque, ut descenderet & sanaret filium suum: nam esset morti vicinus.*

v. 48.) *Cui Jesus: nisi, inquit, miracula & prodigia videtis, non soletis fidem habere,* vel, Poteras etiam per preces a Deo Sanitatem filii tui expetere, & credere, Deum preces tuas exaudire, sed non vultis credere, nisi per miracula in promtu est auxilium divinum.

v. 49.) *Sed ille aulicus denuo rogavit Jesum, ut descenderet, priusquam filius moreretur.*

v. 50.) *Hic Jesus eum jussit discedere, & tuus, inquit, filius, convaluit. Jam vir ille dicto Christi fidem habuit, & sic discessit.*

v. 51.) *Interea vero cum in itinere est, servi ejus obviam ei veniunt & annuntiant, filium suum convaluisse.*

v. 52.) *Ille igitur percontabatur ab illis horam, qua commodius se habuisset: Illi dicunt: Heri sub septimam horam, primam pomeridianam horam, febris eum deseruit.*

v. 53.) *Unde pater intellexit, hanc horam fuisse, in qua Jesus dixerit, filium suum convaluisse: Sic ipse cum sua domo in Jesum credidit,* habuit eum pro legato divino. — Facto miraculo comprobatur hoc.

v. 54.) *Et hoc fuit secundum miraculum, a Jesu patratum, cum ex Judæa in Galilæam veniret.*

Hæc sunt omnia facilia, quare transeamus ad sequens caput, in quo quædam saltem erunt dicenda.

CA-

CAPUT V.

v. 1.) *Posthæc erat festum Judæorum, & Jesus ascendit Hierosolymam.*

v. 2.) *Est vero Hierosolymæ apud portam pecuariam lacus, qui ebreo nomine vocatur Betbesda, qui habebat quinque porticus.*

Ubi dicit την προβατικην, intelligenda est: πυλην, Portam, ut hic sit προβατικη πυλη, porta ovilis, porta pecuaria. Erat autem hæc Hierosolymæ porta, per quam solebant victimæ in urbem deduci, ibique in vicinis aquis ablui. Quia igitur pecora inducuntur ibi in urbem, propterea dicta est πυλη προβατικη. Rem illustrabit Nehem. III., 1.

Sequitur nomen Βηθεσδα, a quo incipiam, quod est manifeste ex his verbis ebraicis expressis: בֵּית חֲסִידָה, Domus gratiæ. Illa vero gratia nunc indicit Caritatem, Amorem erga homines, *ein Haus der Liebe.* Nempe structa erat illa domus ex misericordia erga Ægrotos, ut commode cumbere possent, & expectare aquæ motum. Dicitur etiam apud nos: *eine Krankenpflege, eine Charité, ein Hospital.* Jam ejus forma etiam ita describitur, fuisse κολυμβηθρα πεντε στοας εχουσα. Κολυμβηθρα intelligimus Lacum, in quo aqua recepta est, *ein ausgemauertes Bassin, wo der Brunnen gefast ist, wie die Gesundbrunnen auch bei uns gefast sind.* Et solitos fuisse veteres hoc verbo „κολυμβηθρα" in hac re uti, in omnibus Commentariis, maxime Wettsteniano, multis illustratum est exemplis. Similiter „Piscina" eodem modo indicabit *so ein Bassin.* Fortassis igitur versio Lutheri rem non satis expressit: *ein Teich.* — Hic igitur lacus cinctus fuit quinque porticibus. *Es ist bekannt,* Porticus *ist ein Säulengang. Hier waren also 5 solche Säulengänge. Ob sie über ein-*

einander oder neben einander gebauet gewesen, ist uns unbekannt; sufficit, in illis porticibus fuisse sat multum spatii, ut ibi commode cumbere possent ægroti. *Der Brunnen nebst den herumgeführten Säulengängen heist: Charité,* בֵּית חֲסִידָה.

v. 3.) *In his porticibus decumbebat magna multitudo ægrotantium, cæcorum, claudorum, aridorum, qui aquæ motum expectabant.*

Aridi sunt illi, quorum membrum aliquod est ita vitiatum, ut in illo membro nulli adfluant humores & nil vertatur in succum & sanguinem. In illo igitur homine exarescere cœpit illud membrum. — Expectant aquæ motum. — Pergam antea:

v. 4.) *Nam angelus κατα καιϱον, per intervalla descendebat in lacum hunc, & turbabat aquam.* — Erat antea: Movebat. — *Qui igitur primus descenderat post commotionem aquæ, ille sanabatur, quocunque demum morbo teneretur.*

Hæc sunt singula omnia admodum perspicua. Sed hic nascitur multa & gravis dubitatio, an fuerit hoc miraculum, an aliquid aliud: &, an genuina sit manus Joannis, & annon potius hæc sint omnino addita, an locus sit interpolatus? Enumerabo, quæ nunc sint varietates lectionum. Igitur in fine v. 3. „εκδεχομενων την τȣ ὑδατος κινησιν“ abest aliquot Codicibus notæ bonæ: Porro hoc: „Angellus per intervalla descendebat in lacum hunc & aquam movebat“ hoc adest in aliis Codicibus, rursus notæ bonæ. Porro: „Qui prior descenderat post commotionem aquæ, ille sanabatur, quocunque demum morbo laboraret“ hoc abest a bonæ notæ libris. Denique in quibusdam Codicibus horum plane nihil legitur, aut plane non leguntur hæc verba, aut non leguntur omnia: Plura, pauciora in hoc vel illo codice absunt. Ubi legitur hic locus, ibi tamen locus scribitur

in

in margine, non in textu; vel ponuntur obeli & asterisci in margine, qui sunt signa lectionis suspectæ. Nolo minores varietates in verbis singulis narrare. Hæc omnia, nisi omnis ratio critica fallit, cogunt necessario judicare, hunc locum esse per quam dubium. Jam sequuntur alia, quæ ea labefactant argumenta, quibus defendi possit hic locus. — Hæc non solum in Criticis N. T. reperiuntur, sed etiam in præfatione Küsteri ad Millianam N. T. editionem, qui superioribus nonnulla commode addit, & qui consuli potest. —

Progredimur nunc ad alia, & jam loquimur de paraphrasi Evangelii Joannei, Hexametris græce scripta, auctore *Nonno*, qui ineunte seculo sexto vixit. Ille igitur Nonnus hanc omnem rem de aqua per angelum mota, ne verbo quidem attigit, ut sic quoque intelligatur, sub initio seculi sexti fuisse Codices, in quibus ne verbum quidem ea de re legeretur. Neque objiciat aliquis, hunc ut poetam ejecisse, nec omnia stricte tradidisse. Immo vero omnia strictim tradidit, nec facile verbum multo minus rem, notatu dignam, & singularem præteriit.

Præter hunc poteram de *Chrysostomo* dicere, nisi hic quodammodo dubia res esset. Est autem hæc, quod ille non prælegit hæc verba, ut solet: -- Semper enim versum unum vel alterum prælegit in Homilia, & deinde super eo est locutus. -- Hæc verba autem non reperiuntur ab eo prælecta; tamen ubi de hoc homine sanato loquitur, adspergit illud suis verbis: Illam aquam ab angelo motam accepisse vim salutis. Utrum vero hoc edidit ex sua mente? an legit jam hoc? Videtur tamen potius, de suo addidisse, quam legisse alibi, quia hæc verba non prælegit. Sed hoc in argumentis, ut jam dixi, dubiis pono.

Addamus, quod ex ipsa re fluit; non apparere ullam caussam, cur omissa fuissent hæc verba in tam

mul-

multis libris, si homines omnes constanter hæc in suis libris reperissent, & per omnes ecclesias lecta fuissent. Certo fuerunt cupidi, hæc tenendi: adeo non est caussa, cur omiserint.

Neque placet mihi Bengeliana de hoc loco κρισις, qui existimat, verba hæc fuisse *casu* omissa. Sed si vel maxime unus hæc omisit, tamen dici non potest, tam multos scriptores hac de re casu aliquo nil dixisse. Casus efficere non potest, ut aliquid a tam multis omitti possit.

Sed sunt etiam indicanda, quæ pro h. l. ut genuino pugnare videntur. Ea sunt primo: *Versio vulgata*, quæ hæc omnia, uti nunc ea legimus, exhibet: Ut & antiqua *Versio*, quæ *Itala* aut Antihieronymiana dicitur, in qua omnia occurrunt. — Conjungam ecclesiæ latinæ doctorem, *Tertullianum*, satis antiquum e seculo secundo, qui in libro de Baptismo Cap. 5 facit hujus rei mentionem: Descendisse per intervalla angelum in lacum hunc, & aquam commovisse, ut vim salutarem accepisset: Et aliorum locos, uti *Ambrosii* collegit Sabatierius, qui & ipsi commemorant de angeli descensu.

Sic igitur res rursus accipit speciem, ea verba ab antiquissimis temporibus lecta, commemorata & tradita esse. Restat tamen illa quæstio semper, annon Tertullianus & alii hæc ex sua sententia, explicandæ rei caussa addiderint, ut vim illius aquæ ad causam supernaturalem referrent, cum sanationem illorum hominum legissent. Nam, ut taceam, illos scriptores omnia, quæ explicare non possunt, ad operationem Dæmonum & spirituum retulisse; Tertullianus tamen in loco laudato non legit lacum: non totum locum inserit suo libro, sed simpliciter dicit, fuisse lacum ibi, qui per angelum vim accepisset salubrem. Sed sentio hoc non progredi ultra conjecturam & videri, eum hoc explicandi caussa, addidisse. —

Sed

Sed dicet aliquis: tamen in Versione Vulgata occurrit? Enim vero scimus exempla, tales explicationes patrum venisse deinde in textum, ut hic etiam, quæ explicationis vis tradiderit, infererentur modo pluribus, modo paucioribus verbis. (Et exemplum ejusmodi ad I. Joan. IV., 3, traditum est, quod, si placet, conferri potest.) *Aliud* exemplum ex hoc ipso Evangelio potero commemorare, si Cap. III., 6. voluerimus respicere. Natum e carne, caro est, & natum e spiritu, spiritus est. Nunc additur: quia Deus est spiritus. Hoc habet Vulgata versio, hoc habent doctores ecclesiæ latinæ propemodum omnes: Clamant, eos esse hæreticos, qui hoc negare audent. Et tamen est additamentum inde a Tertulliano intrusum, & in Vulgatam Versionem acceptum. —

Sic igitur, si res spectetur meris argumentis criticis, liquet, ecclesiam Græcam antiquitus ignorasse hæc verba; in latina ecclesia autem multa esse dicta de angelo aquam movente. -- Æstimet quilibet, an quæ leguntur de angelo, an hæc prævaleant ceteris argumentis de omisso loco, & æstimet: cur sit omissus, nulla est caussa: cur insertus, dici potest caussa.

Supersunt alia: scilicet, si locus est suspectus, uti profecto est, redibit hoc omne ab angeli operatione ad vim naturalem, quæ in illo lacu fuit, & hoc modo arbitror, omnem narrationem commode posse intelligi. Primo enim, I.) si natura habuit semper, & uti habet adhuc, fontes medicatos & salubres, quidni & ipse ille fuit talis fons medicatus & salubris? II) Quod in v. 7. qui non est suspectus, sed a Joanne, quod ibi dicitur: *ὁταν ταραχθῃ το ὑδωρ, βαλλῃ με εις την κολυμβηθραν: Cum aqua est commota:* -- id quoque naturali modo commode potest intelligi; etenim constat satis, in ejusmodi fontibus medicatis sæpe solere aquam ebullire, *Es stößt das Wasser aus den Adern der Erde mit Force heraus, daß man oben Blasen sieht.*

Quod autem addit in v. 7. „*Nemo me infert in illum lacum, cum aqua movetur, sed alius me prævenire solet*" id ipsum potest sic intelligi: Nunc dicunt omnes de fontibus his: cum maxime e venis terræ extruditur aqua, tum maxime haurienda est aqua. Quid? si eodem modo homines tum statuerent? Cæteris deinde non est salubris vis. *Wer der erste ist, dem hilfts, und dieser, durch sein darinn sitzen, schwächt die Theile der Natur: und nun muß man warten, bis die Natur diese Theilchen wieder hervorstößet.* Si hoc fuisset miraculum; effecisset Deus per miraculum id, quod naturali modo effici solet. Sed philosophari nolo; alias & hoc addam, non apparere, cui tandem miraculum hoc sit patratum? Hoc autem cujusnam tandem divinam legationem confirmaret? aut quis aliam habuit caussam, quam providentiam divinam?

Superest unum de historia in itinerario Hierosolymitano perantiquo, jam scripto in quinto seculo, quod exstat in Wesselingii itinerariis Romanorum veteribus, pag. 589. Ibi ergo aliquis loca Palæstinæ commemorat. Ubi ergo ad hunc lacum Bethesdanum venerit, dicit: esse nunc quoque, scilicet, illo quinto seculo, ad Hierosolymam aquam in piscina, quæ sit turbata in modum coccini. Coccinum *ist eine Beere, aus der ein rother Saft gepreßt wird, und* color coccineus *ist eine dunkelrothe, ziegelrothe Farbe.* Aqua illa est turbata in modum coccini, *das Wasser sahe dunkelroth, ziegelroth aus.* Jam ipsi illi fontes medicati habent hujusmodi aquam, quæ vel est rubicundior adspectu, vel, sedimentum rubicundum relinquit. *Wer bei einem Gesundbrunnen gewesen ist, wird dieses wissen. Dieses* Sedimentum *heist in der Kunst Ocher.* Quæ enim fuerunt eo tempore, seculo quinto, ea quomodo poterunt commode ad meram vim supernaturalem referri aliqua secula antea? *In diesem Itinerario werden zwo*

Stel-

Stellen beim Eusebius und Hieronymus citirt, wo sie sagen sollen, daß das Wasser turbida *und* rubiounda *sey. Die Stellen sind nicht angezeigt, wo sie stehen, der Herr Prof. Morus hat sie aber auch nicht nachschlagen können. Also bleibt es noch zweifelhaft, ob jene Männer wirklich das sagen. — Noch ein historischer Umstand: — Man liest: Der Teich hatte röthliches Wasser, denn man hätte Opferthiere, das Eingeweide der Opferthiere darinnen ausgewaschen, da hätte sich das Wasser gefärbt. Das ist aber kurieux.* Sufficiat: *Die Tradition ist da, daß das Wasser roth sey.* -- Hæc de hoc loco. --

Restat unum, sed ex alio genere, e v. 1. quod nunc tantum obiter addam, commemorari ibi ἑορτη των Ιȣδαιων: Id non existimandum esse Pascha: nam inspiciamus Cap. VI., 4. ubi est: appropinquabat Pascha, festum Judæorum. Si igitur in hoc nostro loco ἑορτη esset Pascha; ab hoc nostro loco usque ad Cap. VI, essent res totius anni traditæ, quod non est credibile, & potest etiam aliis de caussis refutari. Quale sit h. l. festum, dijudicari non potest, plerumque festum Pentecostale intelligitur: de quo Bengelius est videndus. Jam igitur ad v. 5. progredior: *Erat autem ibi homo quidam, qui jam triginta & octo annos morbo laborabat.*

v. 6.) *Quem cum Jesus vidisset, decumbentem in illis porticibus, & intellexisset, eum jam longum tempus* εχειν -- repeti debet -- εν ασθενειᾳ, *morbo laborare; interrogat eum:*

v. 7.) *Visne sanitatem recuperare? Respondet ægrotus: Domine, neminem habeo, ut, cum aqua fuerit commota, immittat me in illum lacum: cum venio, alii ante me descendere solent.*

De his jam dictum est. *Da sagt man: Dieser Vers präsupponirt etwas von der Bewegung des*

Wassers. Allein — wenn das ein Brunnen war, der aus natürlichen Ursachen pflegte aufzusteigen, warum konnte der Mann nicht sagen: Es trägt mich Niemand hin, und wenn ich hinkomme, so sind schon andere hinein gestiegen.

v. 8.) *Hunc igitur Christus jussit, ut surgeret, & sublato lecto, abiret. —*

v. 9.) *Sic homo ille statim recuperavit sanitatem, & sublato lecto, abiit: erat autem eo tempore Sabbathum.*

Nihil habeo, quod addam, nisi, quod illud κραββατον etiam in latino sermone obvium est: Grabbatum dicunt, & est Lectica, qua viliores homines uti solent.

v. 10.) *Quum igitur hæc Sabbathi die accidissent, Judæi homini sanato dixerunt: est Sabbathum, non licet tibi portare illam tuam lecticam.*

v. 11.) *Ille vero respondit: qui me sanavit, is me jussit, ut, sublato lecto, abeam.*

v. 12.) *Quæsiverunt ex eo: quis est, qui te jussit lecticam aufferre & abire?*

v. 13.) *Ille vero sanatus nesciebat, quis esset: nam Jesus evaserat, quia magna hominum multitudo erat in eo loco.*

Unum de verbo εξενευσε erit monendum, de quo nunc longæ adsunt disputationes, quæ vero possunt paucis comprehendi. Primum εκνευω nil aliud est, quam εκνεω, Enatare, Natando evadere. cf. Thucyd. II., 90. Hoc „*Enatare*" tropice deinde est: *Evadere periculo*, & in universum: *Evadere, subducere se.* Hoc docuerunt multi v. c. Barnensius. Jesus igitur εξενευσε, Enatavit, tropice, Evasit, Subduxit se, ne insidias ei struerent.

v. 14.) *Post hæc reperit Jesus eum in templo, & dixit ei: Vide modo, te sanatum esse, noli in posterum peccare, ne quid gravius tibi accidat.*

I. e.

I. e. ne in graviorem morbum incidas, qui est insanabilis.

v. 15.) *Sic igitur ille homo discessit, nuntiavitque Judæis, Jesum esse, qui eum sanatum reddidisset.*

v. 16.) *Propterea igitur Judæi Jesum insectabantur, & studebant illi vitam eripere, quia hoc fecerat die Sabbathi. --*

Illa verba in v. 16. εζητουν αυτον αποκτειναι, sunt delenda, quia in nulla Versione antiqua exstant, & ea multi codices non habent.

v. 17.) *Respondet iis Jesus: Pater meus ad hunc usque diem operari solet, atque ego etiam operari soleo.*

v. 18.) *Propterea ergo magis studebant Judæi, eum interficere, --*

Ex hoc versu comma illud in versum 16. fuit illatum contra librorum scriptorum auctoritatem. Ergo: tanto magis studebant Judæi, eum interficere, quia violabat non solum Sabbathum, sed etiam patrem suum dicebat Deum, ita ut se æquipararet Deo.

Unum addam: λυειν σαββατον, Solvere Sabbathum, ideo esse: *Violare Sabbathum*, quia *solvere legem* in N. T. dicitur, quod est *Violare legem*, phrasi obvia Matth. V., 19. Ergo λυειν σαββατον est etiam *Violare Sabbathum*. --

In v. 17. Dicit, patrem suum ad hoc usque tempus operari, atque etiam se operari. De his non est difficile judicium. Primo enim cum Deum operantem legimus, est nobis illa descriptio, quæ spectat gubernationem & conservationem rerum omnium. Ita enim scimus, agere, operari eum, Deum agere semper. In illo „εως αρτι“ Huc usque, ad hoc usque horæ momentum, quo ego hoc loquor, indicatur, nunquam cessasse Deum a sua operatione: ad hanc usque horam semper

agit

agit & occupatus est. Ex his sequitur, nullam esse Dei requiem, qualis sit inter homines, nullum ei esse Sabbathum; & legem de Sabbatho, de quiete, ad Deum non pertinere, tantummodo ad homines. Ubi addit: „ego quoque operor" id ad illud opus editum apud sanationem ægroti, uti exemplum aliquod, referendum est: tum omnino omnis occupatio Christi docendi, miracula patrandi, & quicquid in vita sua egit, comprehenditur. Poro manifestum est, Christum hic excusare se exemplo patris sui: uti ille, sic & ego: ergo nihil pecco. Illi vero patri non est Sabbathum, Quies: semper est occupatus, simili modo mihi non est Sabbathum, non Quies: semper occupatus sum. Sic se Christus evehit ultra ceteros homines, cum dicit: ista lex Sabbathi, hominibus lata, me non perpetuo stringit, sed ego imitor Deum, qui etiam Sabbatho gubernare & conservare solet. -- Et fortasse etiam hoc multo pluribus dixit Christus, ut nunc sit summa hujus sermonis tantummodo a Joanne expressa.

v. 18. Jam transit accusatio Judæorum ad alia: Struebant insidias illi tanto magis nunc, & studebant eum interficere, quia non solum legem de Sabbatho violaverat, sed etiam Deum patrem dixerat ita, ut se æquiparaverit Deo. Id jam indicavi. Uti illi nulla Sabbatho quies est, nulla lex de Sabbatho est lata, ita & mihi. Eximit se grege Judæorum, qui habebant legem Sabbathi: Non pertinet hæc ad me: semper occupatus sum, uti Deus. Sic puto non posse objici illud: Quomodo dixerat, Deum esse patrem? Hoc etiam nos nunc ita facimus, & Deum, patrem nostrum vocamus. Sed est: illi est perpetua occupatio, sic est etiam mihi: possum ego migrare illam legem. *Du sonderst dich hierdurch von uns allen ab, und sagst, weil dein Vater in der Vorsehung auch am Sabbathe geschäftig ist; so könntest du also auch am Sabbathe geschäftig seyn.*

Nunc

Nunc in ſua cum Patre ſimilitudine operandi diutius pergit:

v. 19) *Reſpondet igitur Jeſus: Confirmo vobis, non poſſe filium quicquam per ſe facere, niſi viderit Patrem facientem. Quæ enim ille facit, hæc etiam filius ſimili modo facere ſolet.*

De verbis duo: *ἐκ ἀφ ἑαυτὲ ποιεῖν, Non per ſe facere:* id explicat ipſe Jeſus hoc additamento: *Niſi viderit patrem agentem,*

Deinde: *ἐ δύναται — Non poteſt*, id eſt hoc noſtrum: *es gebt nicht an:* Sic: Non poteſt fieri, foret incongruum, indecorum, non licet mihi hoc vel illo modo agere. Comparare licebit, ſi modo ſit opus, 1. Joann. III., 9. ubi illud eſt eodem modo. -- Jam omnem rem:

Filius videt patrem agentem: hæc eſt haud dubie mere humana phraſis: Videt, oculis videt patrem ſuum agentem: adeoque congruo Dei & Chriſti modo explicanda eſt. Hoc ſemper fit, ſi talium phraſium adjunctæ notiones quæruntur. Si igitur audiamus aliquem dicere: Ego nihil per me ago, niſi viderim regem, præceptorem ita agentem: nonne eſt adjunctum: Ego non poſſum ab ejus exemplo ullo modo diſcedere? Quæ igitur ille facit, illa ego non poſſum omittere; & quæ ille omittit, illa ego non poſſum facere. Hoc igitur adjunctum phraſeos „non poſſum diſcedere ab exemplo patris ulla in re" hoc eſt Chriſto dignum, id eſt tenendum. Jam hoc paucis, ſed perſpicuis verbis ita expreſſit Chryſoſtomus. Jam ſi eſſet dubitatio, caderet: quæ ille facit, etiam filius agere debet. -- Poſtea:

v. 20.) *Pater enim filium amat, & omnia, quæ ipſe facit, filio monſtrat atque etiam majora his monſtrabit opera, ut vos admiremini.*

Hic incidimus in phraſin humanam: Pater filio omnia monſtrat. *Man urtheile nun ſelbſt, ob es mög-*

lich

lich ist, dies von Gott so eigentlich zu verstehen? Quid erit hoc adjunctum: Pater filio omnia monstrat, quæ facit? Quid est in vita communi illud adjunctum? Hoc interdum dicimus sic: Nos aliquem de re consulere. Hoc foret nunc absurdum. Aut ubi dicitur illd: *„ich zeige ihm alles, was ich thue“* est: omnia mea consilia & facta ei monstro, participem omnium meorum consiliorum & factorum reddo: Et hoc unum erit, quod, relicta phrasi humana, de Patre & filio, dici poterit, præsertim cum aliis in locis Christus maximopere ita loqui solet. Possum addere, quod tamen rem emolliet, illud „δεικνυειν, Monstrare“ commode posse sic intelligi: *Verbis monstrare.* Manet idem. Pater monstrat verbis omnia filio, i. e. omnia consilia & facta cum filio communicat, ut nihil lateat filium. Si hoc est, tum filius omnia potest exsequi, *Wenn der Vater zum Sohn sagt: dies ist mein Entschluß, so soll gehandelt werden; so handelt der Sohn nach dem Entschluß. Wenn er sagt, wie gleich hernach folgt: ich will durch dich Todte erwecken; so wird der Sohn einst thun, was ihm sein Vater gezeigt hat.*

Sic in altera parte versus: *Majora his monstrabit illi facta*: Majora his, quæ hactenus per illum fecit, quale est, quod per filium multa ediderat miracula. *Er wird ihn noch von größern Entschliessungen und Werken benachrichtigen, die er durch ihn ausführen will.* — Hoc manet, h. l. multa dici humano modo. —

v. 21.) *Uti pater mortuos excitat & vitæ restituit, sic & filius quoslibet vitæ restituit.* —

Nonne igitur hoc eodem redit? Similitudo cum patre agente: quod ille agit, id & hic. *Er hat dem Sohn alle seine Entschliessungen und Handlungen bekannt gemacht, die er durch ihn ausführen will:* majora in posterum, resuscitatione mortuorum.

v.

v. 22.) *Neque enim pater quemquam judicat, sed omne judicium tradidit filio suo:*

v. 23.) *Ut omnes honorent filium, uti Patrem honorant: Qui filium non honorat, is nec patrem honorat, qui filium misit.*

In v. 22. *Filio judicium tradidit.* Hoc est aliud exemplum operis majoris, quod Deus per filium efficere vult.

In v. 23. *Honorare filium,* erit in illo: quod ejus doctrinam omnem suscipimus, ipsumque pro domino nostro habemus, qui nobis vitam sit restituturus, & judex noster futurus, a quo pendemus omnes.

In v. 24.) *Vere vobis confirmo, eum, qui doctrinam meam audit, ideoque fidem habet illi, qui me misit, in perpetuo esse felicem.*

Honoramus patrem & filium: quomodo? si eum colimus. Και εις κρισιν ουκ ερχεται, verto sic: *Neque punitur*, vel potius, *Neque fit miser.* Dixi caussam ad Cap. III., 18. et oppositio est perspicua: Fruitur felicitate, non fit miser, ου κρινεται; αλλα μεταβεβηκεν εκ του θανατου εις την ζωην, *sed ille transit e morte ad vitam*, ille, qui suscepit meam & patris doctrinam; Transit tum cum suscepit doctrinam, transit *e morte*, *e misero statu in vitam, in feliciorem statum*; suscepta doctrina, e misero statu in feliciorem statum transit; habet enim certam felicitatis futuræ spem, non fiet miser. *Aus dem Stande der Furcht, der Strafwürdigkeit geht er über in den Stand der Belohnung. Man lasse sich nicht turbiren, wenn es hier heißt: er kommt nicht in das Gericht. — Man wirft ein: ja alle Menschen werden für den Richter gestellt. Man beantwortet hierauf diesen Einwurf so: Sie werden für das Gericht, aber nicht ins Gericht kommen. Dieses kann man gar nicht lateinisch ausdrücken: es ist eine Distinction, die blos in der deutschen*

Spra-

Sprache ist. Sed εις κρισιν ουκ ερχεσθαι, non proprie est: Ante tribunal stare, sed est: *Miserum fieri*, & oppositum.

Jam pergit de illo reditu mortuorum in vitam:

v. 25.) *Confirmo vobis, venturum esse tempus, atque jam nunc esse, quo mortui audient vocantem filium Dei, & qui audierunt, vitam recuperabunt.*

Transeamus nunc ad v. 28.

Nolite hoc mirari, quod dico, venturum tempus, quo omnes, qui in sepulchris sunt, audient ejus vocem:

v. 29.) *Et prodituri sunt: qui recte egerunt, ut feliciter resurgant, qui male egerunt, ut misere resurgant.*

Hæc in se non habent obscuritatem. Illud in v. 25.: νυν εστι, *jam nunc est tempus*, quo mortui audient vocantem filium Dei" hic fateor, *nil commodius mihi potuisse evenire illo: hoc esse intelligendum, de mortuis illis, quos Christus, in his terris versatus, in vitam revocaverit, & hoc esse quasi præludium, procemium illius resurrectionis futuræ:* Venturum est aliud tempus & nunc jam est, jam nunc videtis, hoc fore; sed olim longe luculentiori modo hoc fiet. Sed ob hoc ipsum „ Jam nunc est" placuit bene multis, hæc omnia Allegorice interpretari h. e. Resurrectionem spiritualem intelligere, quod „Spiritualiter mortui" sint in vitam revocati: Ergo dicere eum: Nunc est tempus, quo per me hoc fiet. Verum hæc nullo modo puto posse locum habere, quia in v. 28. hoc repetit: *Nolite mirari:* & diserte addit: *Omnes, qui in sepulchris sunt, audient vocem filii.* Sic non est de spirituali resurrectione.

In v. 29. *Illi, qui recte egerunt, prodibunt, in resurrectionem felicitatis: Ohnmöglich kann ich es wörtlich übersetzen: wenn ich nun künstele, so ist es:*

pro-

prodibunt resurrectionis caussa, quæ adducat ad resurrectionem. Expressi igitur sic: Illi prodibunt, ut felices resurgant, & qui male egerunt, prodibunt, ut miseri resurgant.

Nunc omissa videamus:

v. 26.) *Uti enim Pater vitam habet in se, sic dedit etiam filio, vitam habere in se.*

v. 27.) *Atque etiam potestatem ei dedit judicii administrandi, quia est filius hominis.*

In v. 26. *Potestatem illi tradidit.* Habeo aliud nihil de verbis grammaticis admonere, sed reliqua: Pater habet vitam in se, Vivit, Possidet vitam, At sic non possum assequi nexum cum superioribus. *Ich nehme das „Leben haben" als eine Eigenschaft Gottes: er lebt, er ist kein falscher Götze. Also*: Veniet tempus, quo audient vocantem filium & vitam restituentem, (*der Beweis*) Nam uti Pater vivit, *wie er die Eigenschaft hat, daß er lebt;* sic etiam dedit filio vitam. *Wie hängt das zusammen?* Non quæritur hic, an Deus vivat, sed an vitam det. Igitur illud: εχείν ζωην εν έαυτω, puto esse hic potius; Habeo vim vivificam, quam aliis etiam largiri possum, *Gott hat diese belebende Kraft, da er allen Dingen Leben, auch den Todten Leben wiedergeben kann.* Nam uti pater habet vim vivificam, sic etiam dedit filio hanc εξουσιαν, ut habeat vim vivificam. *Sein Sohn soll auch die alles belebende Kraft haben, um den Todten das Leben wieder zu geben.* Alia non habeo, & fortasse hæc Cap. I., 4. dicta, confirmabunt, ubi erat: Ipse erat felix, & fons felicitatis aliis simul erat. *Er ist der Glückliche und Quell der Glückseligkeit: er hat das Leben und die belebende Kraft, und ist Quell des Lebens.* —

In v. 27. *Dedit vero etiam filio potestatem judicii habendi, quia filius hominis est,* hoc verto, quia Mes-

Messias est. *Ich will dieses zu anderer Zeit zu beweisen suchen.* Ubi dico: Quia Messias est, intelligo: Ille noster dominus a Deo constitutus est, sub quo nos esse debemus. *Gottes Sohn, der mein Herr und Haupt ist, von dem ich abhange, hat von seinem Vater die Macht, dereinst mich wieder zu beleben, mein Richter zu seyn, mich zu beglücken, wenn ich mich darnach aufgeführet habe:* tanto magis igitur eum venerabor. —

In v. 30.) *Non possum ego facere aliquid per me: uti audio, sic judico: Estque judicium meum justum, quia non indulgeo voluntati meæ, sed obtempero illi, qui me misit, Patri.*

Non possum per me agere: Explicatio sequitur: *Uti audio, sic judico:* Uti audio scil. a Patre meo. Quid hoc vero est? Uti mihi præscripsit. In v. antecedenti erat: *Qui bene egerunt, feliciter prodibunt, qui male egerunt, infeliciter prodibunt; so muß es bleiben, so muß ich urtheilen. Wie mirs vorgeschrieben ist, so urtheile ich.* Deus malum malis afficit in judicio & bonum bonis. Hoc est æternum Dei consilium & decretum; Bonis bene & malis male erit in illo judicio. In hoc filius obtemperat Deo, malis male faciet, & bonis bene faciet: *Nach dem ewigen unwandelbaren Rathschluße Gottes: Laster — Strafe —: Tugend — Belohnung:* Sic judicium meum est justum, nititur divina voluntate —

Jam additur illud: και ἡ κρισις ἡ εμη δικαια εϛι, proinde meum judicium est justum, ὅτι ȣ ζητω το θελημα — quia respicio Patris in ea re voluntatem: huic convenienter administro judicium: Non meam respicio voluntatem, non indulgeo mihi, ut pro meo arbitratu judicem & statuam, sed ad normam divini illius decreti. — Per se apparet: Quærere voluntatem alicujus est Facere id quod vult fieri alter, voluntatem alterius respicere. — Nunc Christus occurrit dubitationi:

v. 31.) *Si ego de me ipso testimonium dico; testimonium meum non est fide dignum.*

Hoc poterat igitur objici: Est enim hoc e vita communi: Nemo in sua caussa potest esse testis. Igitur: si de me ipso testimonium dico, non est fide dignum: nemo enim testatur in sua caussa, dubitatur de ejus testimonio. Et μαρτυρια αληθης hac significatione: *Fide dignum testimonium*, etiam infra Cap. VIII., 17. occurrit.

v. 32.) *Alius est, qui de me testimonium perhibet, & novi testimonium, quod de me perhibet, esse fide dignum.*

Ille autem „*Alius*" est, ut videbimus, ipse pater Christi: & nunc ita pergit. -- Non Joannes Baptista est ille „*Alius*" quia Pater vocatur Christi. Deinde --

v. 33.) *Vos misistis ad Joanem Baptistam, & ille vero testimonium perhibuit.*

v. 34.) *Ego autem non capto testimonium humanum. Sed hoc dico, ut vos lucrifaciam.*

v. 35.) *Erat ille lumen ardens & lucens, & vos libenter ad tempus hac luce gavisi estis.*

v. 36.) *Sed ego habeo testimonium majus quam Joannis Baptistæ.*

Deinde sequitur, esse Patris testimonium de filio. In v. 33. μαρτυρειν τη αληθεια, Vero testimonium perhibere, sic exprimitur a nobis, *der Wahrheit zu Ehren, der Wahrheit zu Steuer, die Wahrheit ablegen.* Non reticuit id, quod esset dicendum. Ad Joannis Baptistæ testimonium possem vos amandare; sed non capto testimonium hominis, mihi laudabile. Vix apparet, quid sit: λαμβανειν, Captare. Vult dicere: ego hoc non volo urgere & laudare; sed dico hoc, admoneo vos illius testimonii, ut vos lucrifaciam. Rem intelligo sic, *Ut vos a vestra contumacia abducam ad me audiendum:* Sic eos lucrifacit, scil. quia est inter

ter vos tantum Joannis testimonium, debetis ei credere: hoc dico de Joanne, ut vos lucrer.

De verbis -- Constat, σωζειν τινα, esse *Abducere aliquem a pravitate sentiendi & agendi;* uti, si sit opus exemplo, in 1. Cor. VII., 16. boni viri consuetudo cum alterum σωζει, alterum abstrahit a sceleribus & vitiis; sic & hic illos vult σωζειν: In hoc non est: ut vos ad æternam salutem adducam, sed est: Emendare mentem vestram volo, ut ne sit contumax.

In v. 35. de Joanne est: *Erat ille similis lumini ardenti & lucenti, -- Lumini,* quia doctor erat -- ardenti & lucenti, -- quia erat celeberrimus per omnem Palæstinam. Sic ille lucebat, doctor illustrissimus. Vos vero voluistis gaudere de hoc doctore: voluistis gaudere, libenter gavisi estis, *ihr weigert euch nicht.* Nempe constat satis, quantus fuerit concursus hominum ad Joannem, quanta fuerit ejus fama. Sed estis gavisi πρὸς ὥραν, tantum ad tempus.

v. 36.) *Ego vero majus hoc Joanneo testimonium habeo: nam facta, quæ Pater mihi demandavit exsequenda, hæc facta, inquam, quæ ego patro, testantur de me, quod Pater me misit.*

Hæc *facta Christi* intelligenda erunt ejus *Miracula,* quæ in omnium prophetarum vita habuere hanc vim, ut comprobarent, hos esse legatos divinos. Sic Christi miracula testantur, ὅτι ὁ πατηρ αυτον απεςαλκε, eum esse legatum divinum. cf. Cap. X., 37. 38. ubi de his suis, εργοις dicit: *Si meis verbis fidem habere non vultis,* si mihi dicenti, me esse legatum divinum, non credere vultis; *per illa miracula saltem moveamini,* quod me habeatis pro legato divino.

v. 37.) *Sed is, qui me misit Pater, ipse de me testimonium perhibet: neque vocem ejus audivistis unquam, neque formam ejus vidistis.*

Po-

Posterius cum superiori sic nectam: Pater de me dicit testimonium, *etsi* nec audivistis, nec vidistis illum: -- Deinde ε ακηκοατε, εωρακατε, hæc Præterita verterim: Etsi nec soletis videre, nec soletis audire eum: Tum universum hoc „Etsi eum nec videre, nec audire soletis" æquiparat illi alteri phrasi: etsi non oretenus eum audivistis loqui, *ob er gleich nicht hertritt und redet, daß ihr ihn sehen und hören könnet;* sed per illa εργα, quæ mihi demandavit, & quæ ego patro, comprobat hoc. Erit sic tanto magis necessarium, referre hoc ad aliam ideam, ne inutilis illa objectio inde fiat: Non audiverunt vocem cœlestem: hic est filius meus. Non sunt igitur hæc singulatim intelligenda, sed in universum.

v. 38.) *Verum tamen* (id est illud και) *doctrina ejus non in vobis manet*, sive, Quanquam estis e V. T. meliora edocti de Messia; tamen doctrina Dei non manet in vobis, obliti estis illius cognitæ doctrinæ, ergo repudiatis, spernitis eam, uti in prima epistola Joannis illa phrasis: „λογον αυτε εκ εχειν" est de hoc, qui negligit, spernit, non convenienter agit illi doctrinæ. -- *Negligitis igitur, quia quem ille misit, huic vestram fidem non habetis.*

v. 39.) *Legitis quidem scripturas, quia existimatis, per eas vos nancisci felicitatem æternam:* και: i. e. *Jam vero illæ scripturæ de me agere solent.*

v. 40.) *Tamen non vultis ad me venire, ut nanciscamini felicitatem?*

Nihil horum est obscurum. Qui vero nexum orationis sentit, facille intelligit, „illud ερευνατε" sic dici: *Concedo vos legere scripturas. Er sagt, ihr habt sie vergessen: Sie hingegen konnten sagen: wir lesen sie ja:* Nunc Christus dicit: Concedo, vos legere scripturas: *nun subsumirt er;* illi libri de me testantur,

tur; tamen non vultis me Messiam & meam doctrinam suscipere.

Illi pugnæ me non immisceo, utrum „ερευνατε“ sit Imperativus, an conjunctivus; potius verto: Concedo, vos hoc facere. Scimus, nostrum esse, ex aliis locis, scripturam sæpe legere: Et sic illa phrasis non videtur verbum exhaurire. Per me vertite etiam: Legitis sæpe.

v. 41.) *Non capto gloriam inter homines:*

v. 42.) *Sed novi vos, vos scilicet non solere amare.*

Non capto gloriam inter homines. Dixerat enim ille: Non vultis ad me venire; Quasi igitur vellet omnes habere suos sectatores; ita videbatur loqui: ad me est veniendum. *Nun sagt er: Non dico hoc, ut magnum hominum plausum & laudem mihi conciliem, & laudari velim ob magnum discipulorum numerum,* sed ut vos noscam, quia nosço odium vestrum erga Deum, quod non vultis ad me venire.

v. 43.) *Veni ego jussu & missu Patris mei, tamen me non excipitis: Si alius veniret nomine suo, hunc essetis excepturi.*

Nomine suo: multo facilius Negative: Non jussu Dei: sed hoc non inest? Non enim argumentabor de illo: „Venit aliquis nomine suo“. Cum ego venio jussu Patris, me repudiatis, me non suscipitis. Si alius veniret *Suo instinctu*, non jussu Patris, hunc egregie essetis excepturi: ergo non amatis Deum.

v. 44.) *Quomodo igitur vos potestis fidem habere, cum captare soleatis plausum magnum mutuum, & plausum Dei solius non appetere?*

Mutuum plausum captare: Pharisæus a Pharisæo volebat laudari, Assessor Synedrii ab Assessore Synedrii: *Wie giengs also nach der Geschichte.* Nemo audebat Christum sequi, eumque audire. Sic captabant mutuum plausum. Hoc erat magnum impedimentum

tum sensus illius, quem debebant Deo exhibere.-- δοξα est Plausus, Approbatio, Laus, quam Deus tribuit hominibus.

v. 45.) *Ne putetis me vos apud patrem accusaturum: est, qui vos accusat, Moses ille, cui tantum tribuere soletis.*

v. 46.) *Quod si Mosi fidem haberetis, etiam mihi fidem haberetis: ille enim de me scripsit.*

v. 47.) *Si vero illius libris non fidem habetis, quomodo meis sermonibus fidem habebitis? —*

In v. 45. *Moses vos accusat:* per se apparet, *Mosen* esse hic *doctrinam Mosaicam.* Jam: *doctrina Mosaica vos accusat*, est: *Doctrina Mosis vos arguit, vos esse pœna dignos.* Illa de Messia agit, vos eum repudiatis, ergo vos accusat.

In priori: „*Ego vos non accuso apud patrem*" utar hac periphrasi: *Non opus est, ut vos arguam apud patrem, pœnam vestram vobis conciliem.* Res inest hæc: *Non opus est, ut ego de pœna nova cogitem, vestra pœna est jamdudum decreta. Moses Worte richten über eure Strafwürdigkeit:* Judico vos secundum illa verba Mosis. Hoc autem: „*Moses, in quo spem vestram posuistis*" per historiam verti: *Cui vos tantum tribuere soletis. In dem strengsten Verstande setzten sie keine Hoffnung auf ihn. Denn wenn ich auf Jemanden meine Hoffnung setze: so ist der verbundene Begriff: ich halte, schätze ihn hoch.* —

CAPUT VI.

v. 1.) *Posthæc profectus est Jesus trans mare Galilæum Tiberiadis.* —

Hic supplendum est aliquid. Nam quid hoc est: *Jenseits des Galilæischen Meeres der Stadt Tiberias.* Ille Genitivus „Τιβεριάδος," quid sibi vult? Hic sunt

prolata multa. Puto in ſcriptura loci hujus eſſe vitium, & illa verba: „της Γαλιλαιας“ audeo pronuntiare tollenda. Cauſſæ ſunt hæ. Lacus ille Genezareth dicebatur mare Galilæum: dicebatur idem Mare Tiberiadis. Eſt igitur mihi manifeſtum, duo nomina hic in unum eſſe conflata locum. Joannes ſcripſit: „*Tiberiadis*“ *den ſeltenern Namen*, & in margine erat: „*Galilææ*“ *der bekannte Name*. Nomen maris Galilææ etiam infra occurrit & res eſt extra dubitationem. Dicebatur Tiberiadicum mare, quia in extremo illius erat ſita urbs Tiberias. — Unum addam, eſſe jam in ſcriptis libris & Verſionibus varia inſerta explicandi cauſſa. In Vulgata eſt: *Jenſeit des Galiläiſchen Meeres, welches iſt* Mare Tiberiadis. Hic apparet, gloſſam eſſe additam explicandi cauſſa.

v. 2.) *Sequebatur autem Jeſum magna hominum multitudo, quia viderunt miracula, quæ in ægrotis patrabat.*

v. 3.) *Ipſe vero Jeſus in montem ſe contulit, ibique conſedit cum diſcipulis ſuis.*

v. 4.) *Quumque inſtaret ſacrum paſchale, feſtum Judæorum:*

v. 5.) *Jeſus, oculis ſublatis, cernit magnam hominum multitudinem ad ſe venire.*

Sic cohærebunt. Omnes adire ſolebant Hieroſolymam ob ſacra paſchalia. Non igitur eſt mirum, omnes vias & itinera fuiſſe repleta magna hominum multitudine.

v. 5.) Λεγει προς — *Interrogat igitur Philippum, unde ememus panes, ut omnes hi edant?*

v. 6.) *Hoc vero eum interrogavit explorandi cauſſa: ipſe enim jam noverat, quid facere vellet.*

v. 7.) *Cui Philippus reſpondet: etſi ducentis Denariis panem ememus, non ſufficiunt, ut unusquisque paululum aliquid accipiat.*

Denarius apud nos Groſſos tres efficit.

v.

v. 8.) *Hic unus discipulorum, Andreas, frater Simonis Petri, inquit:*

v. 9.) *Est hic puerulus quidam cum panibus quinque bordeaceis & piscibus duobus; sed quid hoc tantum est inter tam multos homines?*

v. 10.) *Jesus autem: Curate, inquit, ut homines isti recumbant: erant autem ibi spatiosa prata. Recubuerunt igitur homines numero circiter quinque millia.*

v. 11.) *Accepit igitur Jesus panes, gratias egit & tradidit discipulis: Discipuli vero recumbentibus: similiter etiam pisces, quantum quisque voluerit.*

v. 12) *Satiatis omnibus, jussit discipulos colligere reliquias frustulorum, ne quid pereat.*

v. 13.) *Qui colligendo decem corbes repleverunt ex fragmentis illorum quinque panum bordeaceorum.*

v. 14.) *Homines cum hoc miraculum Christi vidissent: hic est verus Messias, inquiunt, in has terras venturus.*

v. 15.) *Et cum Jesus animadvertisset, eos venturos esse, ut captarent eum & constituerent regem; rursus ille solus in montem secessit.*

Hanc totam partem prælegimus una serie, quia inest occasio sermonis Christi, qui postea sequitur. *Sed* nunc non quieverunt homines, sed secuti sunt Christum.

v 16.) *Cum autem advesperasceret, discipuli ejus ad mare progressi sunt.*

v. 17.) *Et conscenso navigio, venerant trajecto mari Capernaum. Interea nox fuerat, nec venerat ad hos Jesus.*

v. 18.) *Mare autem commovebatur, magno vento flante.*

v. 19.) *Igitur cum remigassent circiter viginti quinque aut triginta stadia, vident Jesum, in mari incedentem & prope navigium: tunc perterrefacti sunt;*

v. 20.) *Ille vero, ego sum, inquit, nolite perterrefieri.*

v. 21.) *Cumque vellent eum recipere in navigium, statim appulit in litore, ad quod tendebant.*

v. 22.) *Secuto die multitudo stans trans mare, ubi scilicet Christi beneficia acceperant, cum scivit, navigium aliquod non fuisse ibi præter unum illud, quod conscenderant ejus discipuli, & Jesum non introisse cum discipulis in illud navigium, sed discipulos solos abiisse.*

Nunc in v. 24.) *Cum igitur multitudo videret, non ibi esse Jesum, neque discipulos ejus, conscenderunt, & ipsi navigia, veneruntque Capernaum, quæsituri Jesum.*

Et nunc v. 23. parenthesis est: *Hinc venerunt navigia ex Tiberiade prope locum, ubi comederunt panem gratiis actis Domino.*

Hoc videtur addere, venisse navigia alia, ut v. 25. appareret, unde multitudo habuerit navigia, quibus secuta est Christum.

v. 25.) Καὶ i. e. *Cum igitur eum reperissent trans illum lacum, interrogarunt eum, quando tandem huc venisti?*

v. 26.) *Ille vero respondet: vobis confirmo, vos quærere me, non quia vidistis miracula, sed quia cibum accepistis & satiati estis, ut videamini nunc idem a me expectare.*

Erant omnia facilia in hoc perlecto loco, nisi quod in v. 25. „*Cum reperissent eum*" addendum erit: *in Synagoga Capernaitica:* nam, omni hoc loco finito, v. 59. diserte dicit Joannes, *hæc omnia in Synagoga Ca-*

Capernaitica accidisse. Hæc periſtaſis erit igitur h. l. inſerenda. — Sed nunc cetera.

v. 27.) *Comparate vobis non cibum periturum, ſed cibum perpetuo manſurum, quem Meſſias vobis exhibebit: Hunc enim Deus Pater obſignavit.*

Εϱγαζεσθαι την βϱωσιν „Operari cibum" continebit hæc latinius expreſſa: *Operam dare cibo.* Id ineſt in eo: *ſibi eum comparare.* Simillimo modo εϱγαζεσθαι σωτηϱιαν, nonne eſt: Operam dare ſaluti ſuæ, adeoque eam quærere, & eam comparare. Phil. II., 12.?

Cibum manentem in vita æterna verti Cibum perpetuo manentem, ut vita æterna ſit hic perpetuitatis idea. Opponitur βϱωσει τῃ απολλυμένῃ, qui interit. Exemplum eſt Cap. IV., 14 & 36. Hunc cibum jam ſimpliciter & univerſe intelligamus, *Bonum.* Quale autem bonum ſit id, in decurſu orationis videbimus, & poterit hic rurſus conferri Cap. IV., 14. ubi dicebat, ſe dare aquam ſalientem, Bona, nunc cibum promittit i. e. Bona:

De Meſſia addit: *Eſſe eum a Patre obſignatum.* Manebit & hic *obſignandi notio* tropica, quæ eſt *in Confirmando. Pater filium confirmat,* i. e. *Ejus munus, auctoritatem, legationem divinam certis argumentis confirmat: Talia argumenta eſſe miracula, quæ edidit Chriſtus,* dixit Cap. V., 36. Et quod ibi erat: Pater per miracula teſtatur de filio, hunc eſſe a ſe miſſum, h. e. hic confirmavit filium, *er beſtätiget, oder beſſer, er beglaubiget ihn:* legato ſuo creditivum, ut ita dicam, dedit, *eine Beglaubigung,* certum documentum legationis & auctoritatis. Quod ſi igitur ſic Pater comprobavit, hunc eſſe legatum ſuum; ſequitur, eſſe hunc legatum excipiendum. Hoc monuiſſe, ſtatim ſequetur.

v. 28.) *Igitur quæſiverunt, quid faciamus, ut Deo obediamus?*

Eϱ-

Εργαζεσθαι εργον τȣ Θεȣ est: facere opus a Deo *præscriptum & demandatum*. Certe sic supra ipse Jesus dixit: εργον πατρος ποιω Ergo hoc tenemus: *Opera, a Deo sibi præscripta, facit*. Nonne vero hoc est „*Obedire?*" Qu a autem antea monitum est, quid hic esset intelligendum; apparebit, cur quæsiverint. *Der Vater hat den Sohn beglaubiget. Daraus folgt: also muß er von euch angenommen werden.* Sed illi homines, non intellecta re, interrogant, quid faciamus nunc, *da dich der Vater beglaubiget?* Agamus ita, uti ille vult a nobis agi.

v. 29.) *Tum Jesus respondit: hoc est opus a Deo vobis præscriptum, ut fidem habeatis illi, quem ille misit.*

Nonne igitur εργον τȣ Θεȣ erit *Id quod Deus a nobis postulat? Glaubt an meinen Gesandten, denn ich habe ihn beglaubiget, oder bestätiget.*

Jam illi objiciunt; v. 30.) *Quale igitur tu patras miraculum, ut oculis cernamus, & tibi fidem habeamus, te missum a Patre credamus. Quid patras?*

v. 31.) *Majores nostri in deserto Manna comederunt, ut scriptum exstat: cibum cœlestem iis comedendum dedi.*

Sed quæ est vis hujus objectionis? Scilicet, hoc cibo cœlesti accepto, Mosis legatio divina est comprobata. Uti igitur majores nostri ex manna dato concluserunt, Mosen fuisse legatum divinum, quem Deus per hoc miraculum insigniat; sic postulant, ut & ipse Jesus miraculum edat, quo comprobet, se esse legatum divinum. Et fortasse in illis multis hominibus erant, qui plura adderent, ut alius hoc, alius aliud objiceret: Joannes vero nonnisi summam objectionis profert.

v. 32.) *His respondet Jesus: Confirmo vobis, non Mosen dedisse vobis cibum cœlestem, sed meum pa-*

patrem exhibere vobis cibum cœlestem, qui vere talis est.

Ergo in priori commate; „*Non Moses exhibuit cibum cœlestem*" addendum erit: *de quo ego nunc loquor.* Hoc est necessario intelligendum; *sonst ist es ja wider die Geschichte. Moses gab nicht Speise vom Himmel, sie kam ja!*

Addit ipse in fine versus; τον αληθινον. Quæritur, *qui sit verus cibus, in quo sit idea illius veri cibi?*

v. 33.) *Nam cibus Dei, de quo ego nunc loquor, descendit de cœlo, & felicitatem largitur generi humano.*

Da hat man die beiden Charaktere zur Bestimmung des Begrifs. Cibus vere talis, *partim de cælo descendit, partim felicitatem largitur generi humano.*

v. 34.) *Hi igitur: Domine, exhibeas nobis semper hunc cibum.*

v. 35.) *Hic vero Jesus respondet: Ego sum cibus ille, vitam, felicitatem largiens.*

Sic est omnis res, si quis attente legat, confecta: Ipse est hic cibus. Et quod se dicit αρτον, *cibum,* in eo est idea hæc: *Cœlitus missus" Den Charakter hat er selbst angegeben. Wenn er nun sagte:* „Ego sum ille cibus" addendus est ille character: *Ego sum illud a cœlo datum bonum,* felicitatem vobis largiens. *Ich bin das Gut, -- Speise -- Bild des Guten -- Ich bin das Gut, das vom Himmel herab kommt zur Beglückung, zur Beseligung des menschlichen Geschlechts.* — Hic in re satis nota versamur:

ὁ ερχομενος -- *Qui ad me venit, non esuriet, qui in me credit, nunquam sitiet.* Non esurire, non sitire, vos non monebo, esse: Perpetuis fruetur bonis vel felicitate, plane uti Cap. IV., 14.

Hoc

Hoc autem „*Venire ad se*" in commate paralello explicat sic: *in se credere.* Qui venit ad me, non esuriet, qui credit in me, non sitiet. Hoc poterit deinde infra pluribus dici, & hoc est per totum locum tenendum. — *Man muß eifrig darüber halten, wenn man in einer allegorischen Stelle einen eigentlichen Ausdruck findet, um zu sehen, was der Schriftsteller haben will. Ist es nicht wahr? wir lesen hier, was wir schon oft gelesen haben: Ich bin darum in die Welt kommen, daß, wer an mich glaubt, ewig glücklich werde. Ich bin in die Welt kommen, ich bin wie eine Speise, vom Himmel herabgesandt, die beglücken soll, eine Speise des Lebens.*

v. 36.) *Sed dixi vobis alio tempore,* — fuerat enim sæpe Capernaumi — *vos & vidisse me, neque tamen mihi credere.*

Vidisse me, i. e. vos nosse me meamque doctrinam: nam τo Videre, ut in se est „Videre" profecto non sic spectatur. Redit huc, me nostis meamque doctrinam, docui inter vos multis modis: Verto: Sed dixi, vos alias omnes, etsi me meamque doctrinam nostis, tamen me repudiare solere: *Und dies sagt er, muß ich jetzt wiederholen.*

v. 37. & 38.) *Quemcunque Pater mihi dat, is ad me veniet: venientesque ad me non foras projiciam, non repudiabo, quia de cælo descendi, non ut indulgerem meæ voluntati, sed ut obedirem ejus, qui me misit, voluntati.*

v. 39.) *Sed hoc vult ille, qui me misit, ut quicquid mihi dedit, ex eo nihil amittam, sed illud extremo die vitæ restituam.*

v. 40.) *Hoc, inquam, vult ille, qui me misit, ut, quicunque viderit filium & crediderit in illum, fruatur felicitate: ego vero eum extremo die in vitam revocem.* — De singulis hoc.

In

In v. 37. *Pater filio dat homines*, in quo sit, monendum est. Liceat cum hoc permutare aliam phrasin: *Facit, ut homines sint, homines filii sui*, scilicet per doctrinam facit, ut adducantur ad filium suum, ut in ejus regno sint & vivant. Paralellam phrasin inveniemus infra: Quemcunque Pater per doctrinam ad me adducit, vel de me edocendum curat, ad fidem in me instruendum curat, is veniat ad me. *Nun, zu ihm kommen, hieß: Glauben. Also, wen Gott durch die Lehre zu Christo bringen läßt, wen Gott von Christo belehren läßt, der nimmt auch diese Lehre an. Belehrung muß voraus gehen, und das ist Wohlthat des Vaters. Aber die Juden schrien immer dawider: thue Wunder, oder, wie es bald kommen wird: ist er nicht eines Zimmermanns Sohn?* Hos homines Pater non dabat filio hoc sensu, ut hoc loco dicitur. Ergo non veniebant, ουκ επιστευσαν.

In ceteris duobus versibus explicatur, in quo sit voluntas Patris, qui sunt faciles:

v. 39. *Es sey wörtlich:* Quemcunque sic ad me ducendum curavit, hos non amitto. *Wir wollen hier nicht argumentiren, was das heißt: Jemanden verliehren.* Videamus oppositum in v. 40. Πας ὁ θεωρων τον Υἱον, και πιστευων εις αυτον, εχῃ ζωην αιωνιον. *Wie viel 1000mal haben wir da nicht gehört, gelesen: er geht nicht verlohren, sondern hat das ewige Leben. Wenn nun Christus sagt: ich verliere keinen: ist da nicht sonnenklar, daß der Sinn ist:* Nemo per me miser fit, sed nanciscitur vitam αιωνιον.

In v. 40. Πας ὁ θεωρων — Non: quicunque videt filium: — Non omnes possunt eum videre coram: *Es kommt auch in der Welt darauf nichts an.* Uti antea erat: „Nostis me meamque doctrinam" ita erit & hic adjunctum: *Nosse Jesum suamque doctrinam.*

Ad-

Additur ubique: hunc iri excitatum die extremo, scilicet — quod per se apparet — ut fruatur illa perpetua felicitate. *Eigentlich: — Ich bin darzu vom Himmel gesandt, daß, wer meine Lehre annimmt, beglückt werde. — Allegorisch — Ich bin Speise, Brod, das vom Himmel kommt, ein Gut, das euch Gott schenkt, Brod, das belebt, beglückt. Ist es nun nicht eben dasselbe?*

v. 41.) *Hinc igitur Judæi mussitabant de eo, quod dixerat, se esse cibum, qui descenderat de cælo.*

v. 42.) *Dicebant enim: nonne iste Jesus est, filius Josephi, cujus parentes habemus cognitos?*

v. 43.) *Quomodo dicere potest ille, se de cælo descendisse. Hic Jesus, nolite, inquit, invicem mussitare.*

v. 44.) *Nemo potest ad me venire, nisi traxerit eum Pater, qui me misit. Sic ego eum extremo die in vitam revocabo.*

v. 45.) *Scriptum exstat in prophetis: omnes erunt edocti a Deo. Igitur quisquis audivit a Patre, instituitur, & didicit, is ad me venit.*

Nonne hic animadvertitur simile quid superiori illi: *Was mir mein Vater giebt, das kommt zu mir?* Qui a Patre instituitur, is venit ad me. *Oben war es:* quem Pater mihi dat, is venit ad me. *Wie macht ers, daß sie seine Menschen sind?* Docet eos.

In v. 44. Neminem dicit, ad se venire posse, nisi Pater hominem ipse traxerit.

De illo: „*ad Christum venire*" est satis cognitum ex v. 35. πιϛευειν εις αυτον. — *Deus autem trahens erit, qui hominem edocendum de Christo curat.* Unde quam simplicissimus sensus oritur: Nemo potest πιϛευειν εις Χϱιϛον, nisi Deus hominem antea docuerit, cognitione Christi imbuerit. Sed caussæ, cur

„Tra-

„Trahere“ nunc ſit „Edocere“; ſunt hæ; quia locus prophetæ, qui additur, manifeſte agit de Deo, homines edocente.

De hoc loco videamus. Eſt vero e Jeſaia LIV, 33 nec in ſe verba ſunt obſcura: *Omnes erunt edocti a Deo* Explicatio tamen uberior in alio propheta, Jer. XXXI., 33. occurrit, unde diſci poteſt, ſic hoc prædici, ut exprimatur illud, omnes cognituros, culturos eſſe Deum & vitam meliorem quam antea acturos. Quod igitur propheta hominibus ſui temporis prædixerat: *„Veniet tempus, quo omnes erunt edocti a Deo, ut eum cognoſcant, colant, & melius vivant“* id valere dicit Chriſtus etiam hic: a Deo ſunt edocendi, ita cognitio, cultus, vita etiam proba inter illos erit. Jam autem hic locus profertur ideo, ut ſuperiorem demonſtret verſum. Propoſitio antea demonſtranda eſt: Deus trahere homines debet: hæc propoſitio demonſtranda demonſtratur per hæc verba: Omnes erunt edocti a Deo: Deus trahit, nam omnes erunt ab illo edocti. Jam ex his concludit in v. 45. Igitur quisquis audivit a Patre & didicit, is ad me venit: — antea: — quis venit ad me? quem Pater traxit. — Nunc — Venit ad me, quia a Patre docetur. — Vix poteſt dubitari, hoc eſſe in iſto tractu, de quo jam multa & mira ſunt propoſita. Explicare & refutare ea, non eſt hujus loci: conferri poteſt omnis orationis ſeries & modus concludendi & demonſtrandi.

Jam de hoc „Hominem a Deo eſſe edocendum“ addit in

v. 46.) *Non quod quis patrem viderit.* Hoc nolo ſic intelligi, ut homo debeat audire & videre Patrem adſpectabili modo per ſenſus „ει μη ὁ ων παρα τȣ Θεȣ“ *præterquam is, qui a Deo eſt: ille vidit Patrem, is, qui a Deo eſt, filius, miſſus ad nos, is vidit patrem, omnia ejus conſilia habet perſpecta.*

Au-

Audite igitur filium, sic auditis patrem. Vos nunc non potestis eum videre; filius vero eum vidit. — Hæc singula: „*est e Deo: vidit eum*“ sunt passim jam supra explicata Cap. III., 13. & 31.

v. 47.) *Vere igitur vobis confirmo, eum, qui in me credit, accepturum esse felicitatem æternam.*

v. 48.) *Ego enim* (liceat addere illud „*Enim*“) *sum cibus, vitam, felicitatem largiens.*

Sic cohærebit. Qui in me credit, is accipit felicitatem, nam ego sum ille cibus, felicitatem largiens, illud a Patre datum bonum.

v. 49.) *Majores vestri in deserto Manna, cibum cælestem, comederunt, & tamen mortui sunt.*

v. 50.) *Hic cibus, de quo ego loquor, est cibus, ideo cælitus deveniens, ut qui ex eo comederit, ne moriatur, felix fiat & maneat.* — Nectamus sic:

v. 51.) *Atqui ego sum ille cibus, largiens felicitatem, qui e cælo descendit, igitur si quis ederit ex hoc cibo, is perpetuo felix erit.*

In his unum illud est notandum, quod nunc φαγειν τον Χϱιϛον, εκ τȣ Χϱιϛȣ, tanquam cibo dicitur. Hoc per Paralellisinum indubitato, ut spero, potest explicari. Respiciamus v. 35. εγω ειμι ὁ αϱτος της ζωης: — Inspiciamus versum nostrum: εγω ειμι ὁ αϱτος, ὁ ζῶν. Habemus eadem verba. In v. 35. quid sequitur ex hac propositione: „*Ego sum cibus, largiens vitam*“? Illud: ὁ εϱχομενος πϱος με, ȣ μη πεινασῃ: και ὁ πιϛευων εις εμε, ȣ μη διψηση. In versu nostro, quid sequitur ex hac propositione? *Si quis ederit ex hoc cibo, is perpetuo felix erit.* Atqui quod supra erat „Venire & Credere“ adeoque non sitire & esurire, id est hic: Edere ex illo cibo, adeoque felicem fieri. *Wer nun einen Satz bringt, und schließt aus selbigen,*

gen, der mag das ausdrücken, wie er will, so bleibt der Satz und der Schluss einerlei. Bis concluditur inde: *Wer an mich glaubt, der wird nicht hungern und dursten: Und wer mich isset, der wird ewig glücklich seyn.* Nonne igitur „Edere" erit πιςευειν εις Χριςον, εισερχεσθαι εις αυτον?

Quod in v. 51. sequitur, est rei alicujus alia determinatio. Res manet eadem: determinatio rei tantum mutatur. Hic est manifeste transitus, Και ὁ αρτος δε, ὁν εγω — και i. e. *Tum vero etiam cibus, quem ego exhibebo, est corpus meum, quod ego tradam, propter humani generis felicitatem.*

Hoc nondum legeramus antea. Res igitur nunc determinatur illo loco addito „Corpus ejus": igitur simul hic est de eo cogitandum. Videmus, hic non dici Corpus, quoad corpus est, sed quatenus morti traditur in emolumentum hominum. At, corpus Christi, morti traditum, nonne est quoad rem, Mors ejus hominibus salubris? Igitur non possum aliter cogitare, quam mortem hominibus salubrem. Jam, inquit, cibus, quem exhibebo, est mors mea, vobis salubris, do vobis mortem meam, uti cibum aliquem & nutrimentum. — Nunc antea progrediamur. Quæ enim sequuntur, ea sunt plane eadem, nisi quod fit mentio sanguinis, de quo videamus. Antea vero, quam progredimur, illa verbis perspicuis & propriis exprimamus. Filius Dei, a Patre cœlitus missus est, ut homines fiant per eum felices, si in ipsum crediderint. *Nun bildlich und allegorisch:* Deus dat cibum cœlestem, qui cibus edendus est. *Nun vergleiche man das:* Deus dat cibum cœlestem; — *bestimmt dagegen:* — mittit filium generi humano, ut hunc cibum comedant, ut in illum filium credant. Vix potest negari, sic permutari hic propria & allegorica. Jam vertamus has propositiones, quomodo volumus, manet unum idemque: Do vobis cibum, Exhibeo

beo vobis bonum, Do vobis me, Trado vobis me ut bonum, Pater vobis dat cibum, Pater vobis dat me & donat, Edite me, Accipite cibum vestrum oblatum, Credite in me, *folglich*, utamini me & ex me capite usum & fructum, quem potestis, *ich bin eine Speise, gebe mich euch zu essen, esset mich:* tamen res redit huc: Credite in me: Sic illud vobis erit usui & fructui, quod sum ad vos missus. In fine additur determinatio: do vobis mortem meam, *esset den Leib, der für das Wohl der Menschen stirbt*, utamini morte mea, capite usum & fructum inde, quem potestis, credite in meam mortem vobis salubrem. Sic ederis meum corpus, quod est pro vobis morti traditum. Jam progrediamur interea.

v. 52.) *Judaei igitur invicem disputarunt ita ut dicerent, quomodo potest iste nobis corpus suum edendum exhibere?*

v. 53.) *Respondet igitur Jesus: Confirmo vobis, nisi ederitis carnem Messiae, ejusque sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis, moriemini, miseri eritis.*

v. 54.) *Qui vescitur mea carne, & bibit meum sanguinem, is demum vivit in perpetuum, quippe ego eum extremo die resuscitabo, ut deinde in perpetuum possit vivere feliciter & esse felix.*

Judaei igitur sic dubitant: quomodo potest iste nobis corpus suum exhibere edendum? Quid Christus? An explicat? Non, sed simpliciter repetit: nisi ederitis & biberitis, peribitis. *Zweifelt ihr, was ihr wollt, es muß geschehen.* Repetit sine explicatione rei. Unde est credibile, haec esse capienda sic, ut superiora capiebantur. Jam superiora capiebantur sic, ut dixi: *Esset mich*, capite fructum & usum. Nunc repetit hoc. Videtur igitur unum idemque manere: debetis me edere, sic vobis mors mea erit salubris. — Mentio sanguinis

guinis non videtur rem mutare. Nam sanguis ubivis nos Christi mortis commonefacit in universum. Hæc dum ita dixi, remque αλλεγοριχως exposui vobis de morte Christi amplectanda fide, ut nobis salutaris fiat, aut, ut vulgo dicitur, de manducatione spirituali; primum nolo negare: Christum tacite hic potuisse, ad futurum sacræ cœnæ ritum respicere — Patiuntur verba, patitur res, patitur omnipotentia ejus; — Sed ut hoc libenter concedo, ita velim etiam mihi hoc concedi, non hic simpliciter & tantummodo dici de futuro sacræ cœnæ ritu, sed prævalere hic Allegoricam etiam rationem, sive, manducationem spiritualem. Sequor caussas has: Si dixisset nihil, nisi ritum futurum sacræ cœnæ, nullo pacto potuissent auditores ejus de hoc habere aliquam ideam: nesciebant enim. Tamen hos suos auditores hortatur, ut hoc agant, & necessarium dicit esse, ut hoc agant: jam autem hoc non poterant intelligere, si tantummodo de sacra cœna sermo esset, & tamen jubentur hoc facere. Etenim quænam est hæc cohortatio, dicere, hoc est necessarium, & tamen dicere rem, quam ne suspicari quidem possunt. Judicate ipsi, an futurus sacræ cœnæ ritus hic sit intelligendus, an Allegorica ratio prævaleat. Repetit illud: nisi fiat, peribitis, quod scilicet dixerat antea. Antea vero de manducatione spirituali dixit: igitur non possum hic dimittere Allegoricam rationem: non nego, tacite potuisse de ea re cogitare. *Gut! uns bleibt das alles eine gute Lection beim heiligen Abendmahl, wo es auf eine sinnliche Art geschieht, und wozu wir alle angeführt werden, wo es nicht auf das leibliche Essen ankommt, sondern:* cape in eo fructum & usum, quem potes.

Jam ut de ista determinatione addam aliquid, hoc puto apparere: Si quis dixerit: ego sum cibus, me edite: *die Erklärung:* credite in me: *Dies kann für den folg-*

sa-

samen Annehmer seiner Lehre eine Lehre seyn. Die Determination, die dazu kommt, ist: quoad mortuus sum, morte mea utamini, & in illam credite.

De reliquis hæc ipsa loci interpretatio de manducatione spirituali, non sacramentorum, proposita est in Symbolicis libris pag. 743. minoris illius latinæ editionis, ubi docent, hoc sextum caput Joannis, non videri de sacra cœna agere, sed de manducatione spirituali.

v. 55) *Caro mea est revera cibus, sanquis meus est revera potus.* —

Revera, quia largitur ζωην. Sic enim antea erat: cf. v. 32. 33.

v. 56.) *Qui vescitur illa mea carne, bibitque sanguinem meum, is manet in me, & ego in eo maneo, cum hoc ero conjunctissimus.*

Sed de hac phrasi erunt multa dicenda. Differam igitur, dum ad illa capita venerimus.

v. 57.) *Uti misit me Pater vivens, ego vero per Patrem vivo:* και i. e. *Sic etiam, qui me comedit, & ipse per me vivet.*

ὁ ζων πατηρ, Beatus, cum, quod ipse est beatus, tum, quod beatificus beatitatis fons est aliis.

Καγω, ego vivo, ego beatus sum per patrem, & vim habeo per patrem beatificantem. Qui me vescitur, in me credit, is rursus per me vivet. Nonne hoc est: beatus erit? — Ex his verbis ultimis concludo, ζωην significare Felicitatem. Deus pater vivit, Christus vivit, Credentes etiam vivunt: tamen hoc elucet, similitudinem Patris & Christi cum credentibus hic describi. Idque etiam hoc sensu capiendum erit: Pater est beatus, ego sum per eum beatus, & credentes per me, uti ego per patrem talis sum. Igitur cum sic beneficium Christi describatur, fluit hoc haud dubie ex illo: *Wer mich isset und trinket, der bleibet mit mir verbunden, denn ich beglücke ihn.* — Superest aliquid in

v. 58.)

v. 58. — *Dies ist nun endlich der Schluss von der ganzen Stelle.* — *Sic igitur intelligi volo cibum illum, qui e cœlo descendit, de quo ego dixi, non qualem majores vestri ederunt in deserto, qui mortui sunt: qui hunc cibum, de quo ego loquor, edit, is in perpetuum vivet.*

Addendum adhuc est aliquid ad v. 57. *Uti Pater, qui vivit, me misit, ita ego etiam vivo per Patrem, & qui me vescitur, is & ipse vivet per me.* Vitam Patris, Filii & Credentium in Filium posui in Felicitate & Beatitate, qua & Pater & Filius & Credentes in eum fruuntur, quoniam hoc modo, si vita nunc felicitatem & beatitatem indicat, omnia sibi mutuo respondent; & illud Vivere eodem modo dicitur in antecedentibus. Ita vero de illo dicendum restat: „*Filium beatum & felicem esse per Patrem*". Hic igitur ejus beatitatis exemplo cogitemus nobiscum hoc: Filium nosse omnia consilia Patris, quæ lateant ceteros omnino omnes. In eo est beatitas filii. Porro: filium posse eadem illa, quæ pater possit: excitare mortuos, judicare omnes omnino, & præmia distribuere: rursus: filium esse eodem honore, quo Pater, afficiendum & ornandum. Addere possumus plura, quæ in superioribus capitibus perlegimus. Ob hæc ipsa omnia nonne dici solet alibi noster doctor, quali Deus nullum similem dederit? Nonne dicitur hac de caussa Dominus noster & Caput nostrum, per quem judicemur, ad quem omnis honor & cultus tendit? Igitur si hoc: quod est doctor plane singularis & caput, poterit uberius intelligi, filium beatum esse per Patrem suum. Semper enim dicit, se omnia illa a Patre accepisse. Quoniam autem non accipiebatur hoc ab omnibus de Beatitate, (ut vita esset Beatitas), sed quia intelligebant Vitam proprie, quæ est in actu & opponitur morti; videbatur hic locus non convenire locis aliis, unde satis multæ disputationes sunt ortæ, quomodo Filius Vi-

tam habere posset per Patrem? Sed non quæritur vita, quæ opponitur morti, sed Felicitas, quam per Christum nanciscuntur. In illis controversiis super h. l. urgebatur & hoc: Filium vivere δια τον πατερα, propter Patrem, non esse vertendum: Per Patrem; sic fore sensum hunc: Filium in honorem Patris vivere, propter Deum, in honorem, in gloriam Dei. Cui repugnant 1) quod etiam in altero commate δια est: Per me vivent; ergo etiam in hoc commate sic est. 2) Quod hoc modo plane nullum nexum habeat hoc comma. *Der Vater, der mich gesandt hat, lebt, und ich lebe zu seinen Ehren, so sollen auch die Glaubigen durch mich dereinst glücklich werden.* Omnia sunt eodem modo capienda: ζωη est Felicitas. — Sic ad v. 59. transibimus:

v. 59.) *Hæc ita locutus est, cum in synagoga Capernaitica doceret.*

v. 60.) *Multi igitur discipulorum ejus, qui audiverant hoc, dixerunt: dura est hæc oratio, quis potest eam audire?*

Ubi nunc sermonem Christi dicunt durum, e sequentibus intelligitur, maxime sermonem esse eum, quod venisset cœlitus in terras. Hoc autem „*Sermonem esse durum*“ erit in eo: difficilem & intellectu & creditu. Quare hoc dicunt: quis potest audire sermonem hunc, quis ferre talia & credere potest? Sed hæc sponte intelliguntur.

v. 61.) *Sed Jesus cum secum intellexisset, discipulos ejus hac de re mussitare, dixit illis: an vobis hoc est offensioni?*

Discipuli ejus non erant illi duodecim, qui paullo post discernuntur ab his. Erat igitur hominum caterva, qui Christum secuti erant per varia oppida.

v. 62.) *Quid si Messiam videbitis ascendentem eo, ubi fuit antea?*

Hic

Hic igitur tangit illud, quod potissimum offenderat: Si igitur videbitis Messiam redeuntem in cœlum, an tunc erit illud vobis durum & offensioni?

v. 63.) *Spiritus vitam largitur: caro nihil prodest: doctrina, quam ego vobis trado, est spiritus, & est vita.*

Liceat ergo verba in se ambigua πνευματος & σαρκος primo definire & finibus circumscribere, deinde caussas finium addam. Sic igituur πνευμα *est Id, quod divinum & excellens est; σαρξ, id quod humanum & vile est.* Quæ sunt significationes creberrimæ horum verborum. Deinde πνευμα est hic manifeste *Prædicatum doctrinæ.* Sic enim in fine versus hujus: *doctrina, quam ego vobis trado, est* πνευμα. Jam igitur huic doctrinæ hoc prædicatum πνευμα tribuimus. Erat autem πνευμα: *Divinum & Excelsum.* Habemus igitur *doctrinam, quæ est divina & excelsa.* Hæc duo autem „doctrinam esse divinam & excellentem" facile possunt definiri. *Divina* — *patefacta divinitus,* de qua homines, nisi admoniti, non cogitassent. *Excelsa erit Perfectior illa doctrina.* Grammatice est πνευμα *Göttlich und Erhaben:* qua res *von Gott abstammend, von Gott offenbaret, und höchst vollkommen.* Sic non habeo, quod addam huic propositioni: Doctrina christiana est divinitus patefacta & perfecta. Loquitur h. l. de se, filio, misso, ad genus humanum, reversuro in cœlum &c. Hæc sunt haud dubie criteria illius doctrinæ patefactæ, *lauter Lehrsätze, auf die man durch sich nicht gerathen konnte.*

Veniamus ad alterum, quod huic opponitur, σαρξ. Grammatice σαρξ est Id, quod *humanum & vile* est. Ergo de re. *Humanum:* cognitio, quæ paratur judicando, observando, contemplando, experiundo &c. Est *Vile:* partim quia est circumscriptum limitibus sive imperfectum, partim quia habet & offert impedimenta illi

doctrinæ patefactæ. Igitur alius laborat opinionibus quibusdam, & propterea non probat assensu: alius alio modo impeditur. *Kenntnisse, die wir auf dem Wege, wie sie Menschen erlangen, erlangt haben, die durch Irrthümer, Vorurtheile &c. unvollkommen sind.* Ergo objiciebant: quomodo potest esse cœlitus missus? Mox multa dicuntur de hoc: nolunt credere ob opiniones, quas habent. — Sic cognito Subjecto, Prædicatum planum est: Illa caro, illa imperfecta & limitata cognitio nil prodest, non sufficit hic, est etiam impedimento: est alterum impedimentum illi doctrinæ veræ. Multo brevior est sermo de hoc: πνευμα εςι το ζωοποιȣν: Illud πνευμα est Vivificans, largitur homini felicitatem, ducit hominem ad veram felicitatem. Eodem modo in fine versus: τα ῥήματα, ἁ εγω λαλω ὑμιν, πνευμα εςι και ζωη εςι, ζωοποιει τον ανθρωπον. Puto apparuisse etiam caussas interpretationis e serie orationis adspersas. *Indem ich denke, wovon ist hier die Rede, wie stellt sich der an, der sie hört, wie wird ihm der Aberglaube vorgeworfen?* cogito, ut prædicata nexui totius loci conveniant. —

Scio multis & aliis modis hæc esse explicata. Fuerunt, qui σαρξ a Carne in sacra cœna vellent intelligi: Non spectari in sacra cœna, ut ederemus sanguinem & carnem; spectari potius πνευμα (id quod per eas res fuerit) intelligere & illam spiritualem manducationem per fidem. Quomodo conveniat hoc: mea doctrina est πνευμα? Hoc non ad manducationem spiritualem referri potest. — Rursus fuere, qui πνευμα interpretarentur quoad sensum Allegoricum & Mysticum, σαρκα sensum proprium & grammaticum. Unde & h. l. aliquid maculæ est adspersum, esse non verba tenenda, sed ad mystica respicienda: ergo σαρκα esse sensu proprio, πνευμα sensu allegorico, fide eum esse sumendum. Urgebo nonnisi hæc: quomodo cohærebit hoc: *Was*

ich

ich sage, darf man nicht wörtlich annehmen; aber es giebt viele, die mir nicht glauben? Hoc nihil est. Dixi caussas, cur ea eo modo acciperem, quo dixeram.

v. 64.) *Sed sunt inter vos nonnulli, qui mihi fidem non habent. Noverat enim ab initio Jesus, quinam essent, qui sibi fidem non haberent, & quis esset ipsum proditurus hostibus.*

v. 65.) *Igitur addidit: propterea etiam vobis dixi: neminem posse ad me venire, nisi fuerit ei a Patre meo concessum.*

Venire ad Christum erat Credere. Nisi concessum ei fuerit a Patre, i. e. nisi beneficii loco hoc ei tributum fuerit a Deo. Res est hæc: nisi Deus hominem illum edocendum curaverit. Sic enim per doctrinam Dei dat, ut homo possit ad Deum venire. Sic hic nihil aliud legitur, quam v. 45. lectum fuerat: Qui a Patre audiverit, is potest ad me venire. Discere a Deo, doceri ab eo, continebit id: Beneficii loco esse a Deo ea tributa. *Weil ihr also diese Wohlthat nicht von Gott annehmen wollet; so fliehet ihr immermehr von mir.*

v. 66.) *Ab hoc inde tempore multi discipulorum Christi retro ierunt, deseruerunt, neque cum eo postea circumierunt*, i. e. *sectati, comitati sunt.*

v. 67.) *Dixit igitur Jesus ad illos duodecim:* (Nonne videmus, hos discerni a cetera hominum caterva?) *Num vos quoque vultis abire?*

v. 68.) *Tum Simon Petrus: Sed ad quem abeamus? Tu habes Doctrinam, quæ æternam largitur felicitatem.*

v. 69) *Hi nos quidem persuasi sumus, & scimus, te esse Messiam, filium Dei veri.*

v. 70.) *Igitur Jesus: nonne ego vos duodecim mihi delegerim comites & Apostolos, & tamen unus vestrum est mihi inimicissimus?*

Bre-

Breviter: bene contulerunt plures hic ex Esther: VIII., 1. Cum enim ibi Humanus dicatur hostis Judæorum צַר, in Versione Alexandrina est: fuisse diabolum Judæorum; צַר autem exprimit Inimicissimum. Accedit historia Judæ Ischariothis: Ergo non opus est, ut tempus his teramus.

v. 71.) *Dicebat vero Christus hæc de Juda Simone Ischariote: hic enim traditurus erat hostibus eum, quanquam unus e duodecim illis fuit.*

CAPUT VII.

v. 1.) *Posthæc Jesus Galilæam peragravit; nolebat enim in Judæa circuire, quia Judæi conabantur eum interficere.*

Hoc cap. V., 16. supra est narratum.

v. 2.) *Cum vero prope instaret sacrum Judæorum, quod dicebatur Scenopegia*, quod est *Festum tabernaculorum*, a σκηνην & πηγνυειν, unde σκηνοπηγια, *Aufschlagung der Zelte.*

v. 3.) *Cum hoc instaret, dixerunt ad Jesum fratres ejus: Transeas huc, & abeas in Judæam e Galilæa, ut etiam discipuli tui videant opera tua, quæ patrare soles.*

v. 4.) *Nemo enim in occulto aliquid facit, & cupit ipse in omnium ore versari: si tu talia facis, exhibeas publico, prodeas in publicum.*

v. 5.) *Neque enim credebant fratres ejus in eum.*

v. 6.) *His Jesus respondet: tempus mihi opportunum non adest: sed vobis tempus est ubique opportunum:*

v. 7.)

v. 7.) *Ut non possint homines vos persequi odio, me vero persequuntur odio, quia ego testimonium perhibeo de illis, illos esse deditos flagitiositati & sceleribus.*

v. 8) *Vos adite vel proficisci potestis ad festum; ego nondum proficiscor ad illud festum, quia tempus mihi opportunum nondum adest.*

v. 9) *Hæc vero ait illis & restitit in Galilæa.*

v. 10.) *Cum vero profecti essent ejus fratres, tum & ipse ad illud festum est profectus, non palam, sed clam.*

v. 11.) *Judæi igitur in eo sacro eum desiderabant, fuitque de eo magna interrogatio.*

v. 12.) *Eratque multus in multitudine de eo sermo clandestinus: alii dicebant, ille est vir probus, alii vero: Non, sed decipit populum, est fraudator populi.*

v. 13.) *Nemo vero conatus est de eo palam dicere propter metum Judæorum.*

Hic locus continet nonnulla, quæ animadversionibus paucis sunt illustranda. Hi fratres Jesu, quorum mentio fit v. 3. nominantur nobis in Matth. XIII., 55. De his autem fratribus solet illa esse dubitatio, utrum fuerint germani fratres Christi, Maria matre, an fuerint potius Consobrini, sororis Mariæ filii? Quicquid hujus sit, illud manet, tunc intelligi Cognatos Christi, qui sanguinis necessitudine proxime cum eo conjuncti fuerant. Libri recentissimi de hac re sunt hi: Programma quoddam Semleri, de fratribus Desposynis, agens. Dicuntur hi fratres δεσποσυνοι, Dominici, quia fuerunt fratres τȣ δεσποτȣ. Alter libellus est Herderi: *zwey Briefe der Brüder Jesu in unserm Kanon,* (quæ sunt Epistolæ Jacobi & Judæ). Nunc sufficit, hic reperire cognatos cum Christo sanguinis necessitudine. Hi igitur monent Jesum, ut in Judæam se conferat e Galilæa, ut

cer-

cernant opera, quæ patrare soleat, ejus discipuli. — Discipuli ejus, haud dubie in Judæa, monent eum, adire Judæam, ut discipuli ejus videant miracula. Sic hic etiam *discipuli in universum erunt Sectatores ejus, magna hominum multitudo, quæ sectabantur Jesum*, & ejus doctrinam susceperant.

In v. 4. *Nemo enim aliquid in occulto facit, intra privatos parietes, & cupit tamen ipse in omnium ore versari. Si tu talia facias, prodeas in publicum, ne lateas domi, inter domesticos, & cognatos tuos.* Unum illud tangendum est, homo quærit εν παῤῥησια ειναι, i. e. Clam. Nemo dicit græce εν παῤῥησια ειναι, pro: In omnium ore versari; sed ex re colligitur h. l.

In v. 5. *Neque enim fratres ejus credebant in eum. Credere in eum*, erit hoc: *Habere eum pro legato divino illo, pro quo haberi volebat.* Volebat autem pro legato haberi, qui Messias esset, diversus a ceteris legatis divinis. Etsi viderent ejus miracula, etsi prophetam, missum a Deo haberent eum, tamen non persuasum habebant, eum esse Messiam. Illud autem fortasse objiciunt; quid lateas domi? prodeas in publicum. An fortasse eum adire caput Palæstinæ, Hierosolymam, volunt, ut ibi in insigni hominum multitudine conversaretur, ut si esset Messias, Hierosolymæ se ostenderet, ubi propemodum omnibus oppidis homines confluxissent? His vero respondet Jesus v. 6. *Tempus mihi opportunum non adest.* Retulerim hoc: *Se nunc non posse satis tuto hoc iter facere, nam nunc omnia itinera erant oppleta hominibus.* Sic si Jesus in itinere esset, facta esset concursatio hominum. Igitur si, comitante multitudine, fecisset iter, potuisset affectati regni speciem habere, & sic struxissent Judæi insidias. Sic putem illud dici: non mihi nunc est satis opportunum tempus, non satis tutum est iter. Pergit ita: Sed

vo-

vobis eſt ubique tempus opportunum, vobis quælibet hora itineris eſt opportuna, ad vos non concurrit multitudo, vos eſtis obſcuri ſive hac, ſive illa hora iter inſtituatis, *ihr werdet mit dem groſsen Haufen fortreiſen.* Illuſtratio eſt in v. 7. Non poſſunt homines vos odiſſe, non ſtruunt vobis inſidias, ſed me oderunt, mihi ſtruunt inſidias. Videndum igitur mihi eſt, ut tutum ſit iter, ne inſidias ſtruant. *Ich will lieber in der Stille reiſen, daſs kein Auflauf entſtehe. Vos non poſſunt odiſſe? non poſſunt,* i. e. non habent cauſſas, vos non offenditis eos, *Ihr haltet keine Strafpredigten, wie ich ſie halte und halten muſs.* —

In v. 10. ȣ φανεϱως, αλλ' ὡς εν κϱυπτῳ: Non Palam, ſed clam, ſolus, non in omnium oculis; vitavit igitur manifeſte concurſationes hominum.

v. 14.) *Jam cum eſſet medium illud feſtum, tum Jeſus in templum ſe contulit, & ibi docuit. Da ſieht man, er iſt ziemlich ſpät nachgereiſt, da alle Straſſen leer waren, da er den 4. oder 5. Tag des Feſtes nach kam; denn das Feſt dauerte 8 Tage.*

v. 15.) *Mirabantur vero Judæi, cum doceret; etſi non doctus eſt, dicebant, etſi ſcholam non adiit, tamen ſcripturæ explicandæ peritus.*

Γϱαμματα οιδειν, eſt: Eſſe doctum & literatum, i. e. eſſe peritum interpretandæ ſcripturæ.

v. 16.) *Tum Jeſus: mea doctrina, inquit, non eſt mea, ſed ejus, qui me miſit.*

v. 17.) *Si quis voluerit obedire ei, intelliget rationem doctrinæ meæ, utrum ſit a Deo, an ego per me ipſum loquor.*

v. 18.) *Qui per ſe docet, is ſuum honorem appetit; qui vero honori alterius, a quo miſſus eſt, ſtudet, is eſt genuinus, nec impoſtor dicitur.*

De v. 17 Si voluerit quis το θελημα αυτου ποιειν, obedire Deo, qui me miſit. Hoc vero „*Obedire*“ nunc

erit

erit in eo, quod suscipiant doctrinam hujus legati divini, vitamque omnem ei accommodent; nam Deus ideo misit legatum, ut homines docerentur per eum. Vult igitur, ut homines ei credant. Qui igitur credit, is obedit Deo. Manifestum est, non obliviscendum esse illud; *suscipere ejus doctrinam cum assensu*, *Und darnach zu leben, versteht sich von selbst.* Ne pœniteat revolvere Cap. VI., 28. Ibi interrogant: quid faciemus, ut patremus facta a Deo præscripta, sive, ut obediamus Deo, ut faciamus id, quod ille vult? Respondetur v. 29. hoc est, quod Deus fieri vult a vobis, ut credatis in eum, quem misit. *Dort ist es: den Gesandten Gottes annehmen: Hier: ποιειν το θελημα τȣ Θεȣ.* — Postea — etsi his vix opus est: — *απ' εμαυτȣ, Per me doceo,* i. e. *Non missus ab alio, sed meo instinctu: Doctrina mea non est mea, non meo instinctu hoc doceo,* sed missu & jussu alterius. Jam quædam de re. Qui igitur suscipit doctrinam legati, eique vivit congrue, is intelliget, utrum doctrina sit a Deo, an ego per me ipsum loquar, *ob dies ein göttlicher Gesandte gewesen sey oder nicht.* Intelliget scilicet usu & experientia. Primo enim temporis successu magis magisque persuadebitur de doctrinæ hujus veritate, dum eam repetet & examinabit. Hoc est in omni disciplina. Deinde: experietur etiam, ad se pertinere omnia ea, quæ hæc doctrina homini promittit. Promittit autem, emendatum fore hominem; jam temporis successu emendatur homo. Usu igitur intellexerit, legatum illum non esse impostorem, qui suo instinctu dixit, sed missus est a Deo, ut ego per ejus doctrinam emendarer. Possunt etiam alia addi, quæ usu comprobantur, quæ persuadent nobis, eam doctrinam esse a legato divino. Si quis dixerit: *Werdet besser, werdet tugendhaft, glaubt den Verheissungen, seyd zufrieden u. s. w.* quid inest, quod habeat speciem fraudis & fallaciæ? Hoc est interdum in ipsa doctrina reperiun-

dum.

dum criterium: in doctrina persuadetur nobis, eam esse a legato divino: Alterum criterium est in sequenti v.

v. 18. *Qui per se docet, is appetit suam gloriam & honorem & laudem.* Hoc est verissimum. Contra, Jesus patris sui voluntatem semper respexit: Dixit, quam ego habeo scientiam consiliorum divinorum, habeo a Deo; quod sum Dominus, quod resuscitare possum mortuos, habeo a Deo. *Der Gesandte spricht immer zu Ehren dessen, der ihn gesandt hat.* Hic igitur, qui sic agit, est αληθης, i. e. Ingenuus, Genuinus legatus, quia in universo loco quaeritur, an quis suo instinctu, an Dei jussu loquatur, Oppositum est ad hoc judicandum: *αδικια εν αυτω ουκ εστι*, non est in illo improbitas, non est improbus. Quis non est improbus? Legatus divinus. Improbus est, cum est Pseudo-legatus, ut ita dicam; tum non est genuinus, sed improbus, impostor, simulatus tantum legatus.

v. 19.) *Nonne Moses legem vobis tulit, & tamen nemo vestrum legem observat? quid me cupitis interficere?*

v. 20.) *Tum Judaei dixerunt: Nugaris; Quis te cupit interficere?*

v. 21.) *Jesus vero: Semel, inquit, opus aliquod feci, & omnes propterea miramini,*

v. 22.) *Moses instituit vobis circumcisionem, non quia a Mose sit, sed a majoribus vestris; igitur die Sabbathi circumcidere soletis homines.*

v. 23.) *Quod si homo die Sabbathi circumcidi potest, ut ne violetur lex Mosis: an mihi irascemini, quod hominem integrum (sanitate) restitui die Sabbathi?*

v. 24.) *Ne judicetis quoad externam speciem, sed judicate juste.*

Videmus, ut opinor, hic defendere eum id, quod die Sabbathi opus aliquod perfecerit. Huc erit omnis loci

loci explicatio referenda. Igitur in v. 19. Hic non videtur exprobrare illud: Vos estis homines flagitiosi; sed hactenus non observant legem, quia legem de Sabbatho sine ulla dubitatione violarant. His finibus nunc adstringamus. Transeamus ad v. 22. Moses instituit vobis circumcisionem. Nonne videmus nunc, quatenus lex Mosis hic spectetur, lex de circumcisione? Porro: και, Ergo die Sabbathi homines circumciditis.

In v. 23. Cur? Ne violetur lex Mosis de Circumcisione. Est lex de circumcisione: hanc diligenter observant: ergo nemo vestrum legem Mosis de Sabbatho observat. *Alle mit einander legt ihr am Sabbath Hand ans Werk.*

Cetera sunt hæc: quid igitur me cupitis interficere? Hæc sunt in v. 19. Si redeamus ad Cap. V, 18. videmus, ideo esse ei insidias structas, quod legem de Sabbatho violarat.

In v. 21. ἑν εϱγον εποιησα, &c. Unum opus feci: Manifeste est addendum: die Sabbathi, vel planius: *Semel die Sabbathi opus feci: Ich habe ein einzigesmal ein solch Werk gethan, für den Werketag fähig.*

Supersunt quædam de verbis singulis. In v. 20. Respondent Judæi: δαιμονιον εχεις: quid autem cum verbis his conjunxerint, quam ideam conjunxerint, plane disci potest ex Joan. X, 20. Multi igitur Judæi de Christo ita loquebantur: δαιμονιον εχει, και μαινεται· τι αυτȣ ακȣετε; Habet dæmonium, igitur insanit, *ein gewisser Dämon hat ihn um seinen Verstand gebracht.* Has igitur ideas conjunxerant in vita communi. *Es ist hier keine Krankheit, kein Besessener, kein Epileptischer u.s.w. sondern ein (Spruch) Schimpfwort, das im gemeinem Leben gewöhnlich war.* Igitur conjunxerunt illam ideam cum hac dictione.

In v. 21, est in editionibus vulgaribus mira distinctio: ἑν εϱγον — θαυμαζετε. Jam v. 22. incipit sic:

διὰ τȣτο Μωσης δεδωκεν — Propterea Moses instituit — Quid esset illud „Propterea"? Verba διὰ τȣτο necessario sunt referenda ad versum superiorem: Miramini propterea omnes. Syntaxis ipsa: θαυμαζειν διὰ τȣτο est in Marc. VI., 6. quia de hoc dubitari solet, an dici possit illud. Est etiam Apoc. XVII., 7.

In v. 22. ȣχ ὁτι — Non dico, Mosen instituisse, quod sit a Mose circumcisio, sed a majoribus vestris. Jam satis notum est, ab Abrahamo jam institutam fuisse circumcisionem, igitur ab antiquissimis temporibus.

In v. 24. Ne judicetis qua adspectum, qua externa: ne judicetis, quis & quid fecerim. Si sacerdos circumcideret die Sabbathi, nemo diceret aliquid; cum Christus aliquid facit die Sabbathi, omnes vociferantur. Hoc est qua externa judicare. Sic, annon ejus opera amoris eodem modo locum habent die Sabbathi, quam circumcisio?

Jam eam particulam inde a v. 19. relegemus ita, ut per periphrasin inseramus, quæ videntur esse inserenda:

„Nonne Moses vobis legem de Sabbatho celebrando tulit? Nemo tamen vestrum hanc de Sabbatho legem omni ex parte sine ulla exceptione observat. Quid igitur me, qui semel migravi illam legem, conamini occidere? Hinc vero illi: Insana loqueris: quis te conatur interficere? Ad quæ Jesus ita respondet: Semel die Sabbathi opus quoddam feci; vos vero omnes ea de re miramini. Moses circumcisionem vobis instituit, non quo a Mosis demum ætate cœperit valere, sed jam ab Abrahami inde temporibus. Igitur quia Moses legem de circumcisione tulit, etiam die Sabbathi hominem circumcidere soletis, ne violetur lex Mosaica de octavo die, quo est circumcidendus homo. Quodsi die Sabbathi homo solet circumcidi, ut ne migretur lex illa Mosaica: an mihi irascimini, quia hominem integrum die Sabbathi sanavi. Nolite judicare qua exter-

„na

„na & quærere, quis & quid fecerim, sed juste judica-
„te. Quod vobis licet die Sabbathi circumcidere, id &
„mihi licet, die Sabbathi sanare hominem; juste judi-
„cate." — De uno illo, quod in v. 20 erat δαιμονιον
εχειν, esse nunc: *Loqui insana*; poterit etiam usus scrip-
torum exterorum conferri. Est etiam in græco sermo-
ne, δαιμονιαν, Dæmonio agitari, sæpe nil nisi: *Di-
cere & agere insana:* sic ut hoc sit vitium insanis
commune. — Jam progrediamur

v. 25.) *Quidam igitur Hierosolymitanorum dixit: nonne hic est ille, quem conentur interficere?*

v. 26.) *Ecce vero palam docet, nec quicquam illi opponunt, non impediunt aut prohibent eum. Num fortasse revera cognoverunt magistratus nostri, hunc esse verum Messiam?*

Omnia plana sunt, nisi quod in fine dicit: ὁτι ουτος εϛιν αληθως ὁ Χριϛος. Verbum αληθως per Codices & Versiones eximendum est: non mutat sensum: Num vere cognoverunt magistratus nostri, hunc esse Messiam. —

v. 27) *Sed, inquiunt, hunc novimus, unde sit: quando vero Messias veniet, nemo sciet, unde sit.*

Hunc novimus, unde sit, sive, *patriam ejus, parentes & consanguineos novimus:* uti supra aliquo loco dixerunt: Nonne est filius Josephi? Nonne ejus fratres novimus? Quando vero Messias veniet, nemo sciet, unde sit, e qua familia, e qua urbe oriundus, & quæ sunt reliqua. Hæc, ut opinor, referenda sunt inter præjudicatas opiniones, quibus tunc Judaica gens laboravit. Si venturus sit Messias, nemini cognitum fore ejus patriam & reliqua. De qua opinione præter Commentarios ad h. l. egit etiam Olearius in hoc libro: *Jesus der wahre Messias*, p. 211. ubi etiam ostendit, quibus e locis scripturæ, perperam intellectis,
hau-

hauserint opinionem de Messia, incognito omnibus; in quibus fuisse & illum docet, qui Mich. V., 2. legitur: *Dessen Ausgang ist von Ewigkeit zu Ewigkeit.* Ex hoc igitur loco eos talem opinionem eruisse. Sed mirum est, hos, qui fuerunt edocti, Messiam fore filium Davidis, qui Herodi aliquo loco demonstrabant, Messiam Bethlehemi oriundum fore, hos habere illam opinionem. Hæc opinio præjudicata videtur etiam effecisse, ut, si quis repente ex silvis aut deserto prodiret cum exercitu in publicum, eum haberent pro Messia, uti Barcogabum, Judam Galilæum.

v. 28) *Jesus igitur alta voce in templo hæc proloquebatur & dicebat: Et me nostis, & me nostis unde sim; sed non instinctu meo veni, sed est vere aliquis, qui me misit, quem tamen vos non habetis cognitum.*

v. 29.) *Ego vero novi eum, quia ego ab illo sum,* (Explicatio) *& ille me misit.*

Hæc igitur: „Et me nostis, & me nostis, unde sim, nostis natales & parentes meos" sunt verba Concedentis: Concedo vobis, hoc vos nosse, sed tamen non veni meo instinctu, sed tamen missus sum ab alio. Uno posito, non tollitur alterum.

Εϛιν αληθινος ὁ πεμψας με: Hoc foret ad verbum: Qui me misit, is est verax. Non tamen video, quare Deus in hoc verborum contextu dicatur Verax. Puto potius, annon „ὁ αληθινος" capiendum sit ita: Est revera aliquis, qui me misit, non meo instinctu veni: Ut intelligendi caussa Adverbium pro adjectivo ponamus. In quo sequor Chrysosthomi admonitionem, qui & ipse sic cepit.

v. 30.) *Conabantur igitur eum comprehendere, sed nemo injecit ei manus, quia nondum aderat tempus ei destinatum, mortis tempus.*

v.

v. 31.) *Multi vero ex ea turba in eum crediderunt & dixerunt: quando Messias veniet, non majora miracula his patrabit, quam ille patravit.*

Crediderunt in eum: jam dicunt, quando Messias veniet, non poterit plura patrare miracula: Ergo *non habuerunt Christum pro Messia.* Multo minus illud „Crediderunt in eum“ est de fide salvifica, quam in Dogmatica dicimus. Ergo puto: crediderunt, eum esse legatum divinum, unum aliquem prophetam. Nunc addunt: Cum veniet Messias, vix superabit hunc magnitudine & multitudine miraculorum.

v. 32.) *Jam cum Pharisæi audirent turbam clam de eo dicentem, miserunt Pharisæi & Pontifices ministros, qui eum comprehenderent. Dixit igitur Jesus:*

v. 33.) *Per breve tempus inter vos sum adhuc & versor, tum accedo ad eum, qui me misit.*

v. 34.) *Quæretis me, sed non invenietis:* και, i. e. *Nam quorsum ego abeo, vos non potestis venire.*

Non poteritis me in cœlos sequi, ut & ibi mihi struere velitis insidias. Veniet tempus, cum super omnes vestras insidias evectus ero.

v. 35.) *Hic igitur Judæi invicem: quorsum ille vult abire, quod nos non inveniemus eum?* μη εις διασποραν των Ἑλληνων μελλει πορευεσθαι, και διδασκειν τους Ἑλληνας; —

Διασποραν, *Dispersionem* constat *significare* in N. T. & libris Judaicis *Judæos dispersos per Asiam, Africam & Europæ partem illa quidem ætate.* Et verbum „διασπορα“ in 1. Petr. I. statim ab initio occurrit. Jam si ἡ διασπορα sunt *Judæi dispersi:* erit ἡ διασπορα των Ἑλληνων, *Judæi dispersi inter Græcos per illas terræ partes ante nominatas.*

Et

Et in eodem loco Petri est: Dispersio Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ &c, Judæi dispersi per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam &c. Num igitur, dicunt Judæi, vult ex Palæstina proficisci ad Judæos, ad fratres suos & populares, qui inter Græcos dispersi sunt? Num vult ipsos adeo Græcos docere, ipsos paganos facere Proselytos & adducere ad nostram vel suam religionem?

v. 36.) *Quis est iste sermo, quo utitur: quæretis me, sed non invenietis: nam quorsum ego abeo, vos non potestis venire?* - Sequitur nunc aliud:

v. 37.) *Extremo die perquam solenni hujus festi Jesus stans in templo, alta voce ita locutus est: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.*

v. 38.) *Qui in me credit, uti scriptura loquitur, ex ejus ventre flumina aquæ vivæ promanabunt.*

v. 39.) *Hoc vero dixit ille de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat Spiritus sanctus, quia Jesus nondum erat glorificatus.*

De his in v. 37. „Si quis sitit, veniat ad me & bibat" nihil habeo quod dicam, cum jam Capite VI. multa sunt dicta. Si quis velit bona accipere a me, veniat & accipiet a me largiter.

Postea in v. 38. „Ex ventre credentis in Christum flumina aquæ vivæ promanabunt". Nec de viva aqua aliquid addam; Erat in se *Quellwasser*, sed nunc & ibi mutatur vis: aqua saluifica. Jam quia phrasis non potest proprie intelligi, quærenda est tropica vis; & hoc fiet ita, ut adjunctum phraseos inveniamus. Si igitur dicam, ex lacu aliquo, ex amplissimo vase promanare fluenta aquæ, adjunctum est, Lacum & Vas esse aquarum plenissimum. Hoc non potest in dubitationem duci. Ita hic Homo ille plenissimus aquarum in-

telligitur. *Aquæ* vero nunc ſunt *Bona*: *Homo abundantiſſimus bonorum* hic intelligitur. Qui in Chriſtum credit, is abundat magna bonorum copia. Cæterum non nego, eſſe hoc paulo duriorem Allegoriam. — Jam alterum; quænam bona ſint intelligenda, deſcribitur in v. 39. Hoc dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum: Nondum enim erat ſp. ſ. quia Jeſus nondum erat glorificatus. Conſtat, glorificationem Jeſu eſſe in eo, quod poſt reſurrectionem in vitam & aſcenſionem in cœlos ſit caput noſtrum & Dominus generis humani. *Nondum erat glorificatus, nondum aſcenderat in cælos & ſedere ad dextram Patris incæperat.*

Nondum fuit πνευμα ἁγιον: tale non fuit ante aſcenſum Chriſti in cœlos, ſed poſt aſcenſionem fuit hoc, quod eſt effuſum in primos chriſtianos: dona illa miraculoſa, quæ dicuntur ſæpius πνευμα ἁγιον, novo modo illa erant Chriſtianis diſtributa. Sic dicitur promiſiſſe per hanc Allegoriam hoc: Accipiet dona ſpiritus, poſtquam ego in cœlos aſcendero. *Wenn mein Reich wird auf eine einleuchtende Weiſe ausgebreitet werden, dann ſoll der, der meine Lehre annimmt, mit Gottesgaben ausgerüſtet werden.* Licebit de hoc ſp. ſ. & hoc modo loquendi Act. XIX., 2. conferre, ubi homines quidam interrogantur, an acceperint Spiritum ſanctum? Reſpondent, ſe neſcire, an ſit πνευμα ἁγιον, & tamen erant chriſtiani. Paulo poſt baptizantur, & nunc accipiunt πνευμα ἁγιον, linguis peregrinis loquuntur & vaticinantur.

Supereſt, ut ad v. 38. Καθως ειπεν ἡ γραφη, moneatur. Jam hæc quidem verba: „qui in me credit, ex ejus ventre flumina aquæ vivæ promanabunt" nuſpiam ſic leguntur in V. T.; unde alius alio confugere ſolet, ut hanc citationem, ut ita dicam, illuſtret. Veriſimilor ceteris videtur hæc, quæ reſpici putat ad Jeſ. LVIII, 11.

Illo

Illo quidem loco nil est vaticinii de N. T. sed sermo de his, qui veræ virtutis studiosissimi sunt, quibus Deus ibi promittit beneficia multa. Promittit & hoc: *Tu, qui me colis, eris fons aquarum, cujus fons nunquam deficiet aqua.* Quemadmodum Deus colentibus eum promittit bona, sic Christus verba similia saltem Allegoriam in universum hic profert: Qui in me credit, ex eo semper scaturient aquæ. Sic igitur Christus dicendus erit usus esse simili Allegoria, qua ibi Deus apud Prophetam fuerat usus ad beneficia promittenda hominibus. Laudantur & loci alii, modo ne quilibet locus huc referatur, in quo mentio fit aquæ, hoc est quod optarem: unum verbum non efficit rem. — Sunt etiam, qui mutandam distinctionem putant ad Allegoriam probandam. Legunt sic: Si quis sitiat, veniat ad me; (nunc ponunt Colon) Et ὁ πιςευων εις εμε, πινετω, & qui in me credit, bibat. (Non male.) Nunc addunt: Uti scriptura dicit. Et nunc punctum ponunt. — Ergo referunt hoc ad Jes. LV., 1. ubi propheta etiam incipit sermonem in hunc modum: *Woblan alle, die ihr durstig seyd, kommt her zum Wasser und trinket.* Ergo ea verba: „καθως ειπεν ἡ γραφη" pertinere ad hæc: si quis sitiat, veniat ad me, &c. — Non pugnabo, si cui hæc ratio melius placeat.

Superest de aliqua peristasi historica dicere, quæ locum, uti puto, illustrabit. Id fiet per occasionem in v. 37. *Die ultimo perquam solenni bujus festi &c.* Dies vero ille, hic perquam solennis dicitur, non, quo fuerit ex institutione divina solennior festis diebus ceteris; — legi potest Levit. XXIII., 37. seqq. & nil invenitur de hoc: — sed quia more majorum erat institutum, ut hæc dies præcipua solennitate celebraretur. Jam in hoc festo tabernaculorum usitatus fuit ritus, in aliis festis non obvius, & quidem *Libatio quædam.* Igitur adierunt pompa solenni fontem, qui Siloam di-

citur, & patenis aureis hauserunt aquam ex illo. Hanc aquam deinde inter cantum tubarum & buccinarum importarunt in templum pompa solenni, ubi sacerdos, celsior stans in ara, hanc aquam cum vino miscuit, atque sic aræ & victimæ impositæ infudit. Hæc est Libatio. Est incredibile, quanta celebratione Judæi hac de libatione dicunt. Jam scriptores Judaici cum usum libationis, symbolum vini declarare volunt, dicunt: uti hæc effundatur aqua, sic Spiritum sanctum effundi, sic dona Dei super homines effundi. Facile sentiamus, quo hæc, quæ dicta sunt, tendant. Partim declarant, Christum a re præsenti, ab illa libatione, occasionem Allegoriæ sumsisse: Videtis hic effundi aquam, quanta sint nationis gaudia, sic vos plenissimi aquarum, bonorum verorum fietis: partim vero poterant etiam Judæi de symbolo, quippe jam admoniti de eo, intelligere, ut Joannes adderet: hoc eum dicere de symbolo πνευματος ἁγιȣ. Hæc, quæ dixi, multis verbis sunt in Ligtfoothii horis hebraicis & Dalmaticis: & in Deylingii Observationibus sacris, Part. 2. Observatione 31. —

v. 40.) *Multi igitur ex turba illa, qui sermonem hunc audiverant, dixerunt, hunc vere prophetam esse:*

v. 41.) *Alii vero, eum esse Messiam, alii rursus: nonne ex Galilæa Messias oriturus est?*

v. 42.) *Nonne scriptura dicit, eum e posteris Davidis & Bethlehemi in vico, ubi Davides fuit, Messiam oriturum esse?*

Ad illa verba: Davidem fuisse Bethlehemi, pertinent hi duo loci V. T.: unus ex I. Sam. XVI., 1. Traditur ibi, Davidem esse natum Bethlehemi, aut ex eodem 1. Sam. XX., 6. ubi de Davide & familia ejus, habitante Bethlehemi sermo est.

v. 43. & 44.) *Igitur in multitudine propter eum dissensio exorta est, ut adeo quidam vellent*

eum

eum comprehendere, nemo tamen manum ipsi injiceret.

v. 45.) *Jam publici ministri ad Pontifices & Pharisæos,* sive, *ad Synedrium reversi sunt:* — Et hi ministri antea v. 23. fuerant missi, ut caperent Christum; revertuntur igitur nunc. — *Jam Synedrium interrogat eos, quare eum non duxerint?*

v. 46.) *Ministri vero responderunt: nemo unquam adeo docuit, uti vir ille docuit: non potuimus a nobis impetrare, ut tam singularem & illustrem doctorem in vincula abduxissemus.*

v. 47.) *Jam Pharisæi: num vos etiam in errorem abducti estis?*

v. 48.) *Num quis ex magistratu ejus doctrinam suscipit, aut ex Pharisæis?*

v. 49.) *Sed ista plebs, quæ non cognovit legem, hæc utinam pereat!* —

Επικαταρατοι εισι: hic videtur inesse: Utinam misere pereat, quia sectatur illum virum, etsi scripturam judicare non potest.

v. 50.) *Hic vero Nicodemus, qui noctu venerat ad Jesum, eratque unus ex illis Synedrii Assessoribus, dicit:*

v. 51.) *Num lex nostra hominem condemnat, nisi eum antea audiverit & cognoverit, quid fecerit?* —

v. 52.) *Hic ceteri eum interrogabant: Num tu es quoque e Galilæa ortus? Sectator illius doctoris Galilæi, ut natum in patria tua eum non deferendum putes? Scrutare, quæso, & vide, prophetam e Galilæa nondum esse exortum.*

Scrutare, omnium temporum præteritorum historiam. —

v. 53.) *Sic quilibet illorum domum suam discessit.* —

CA-

CAPUT VIII.

v. 1.) *Jesus autem in montem ab olivetis consitum abiit.*

v. 2) *Sub diluculum rursus venit in templum, omni multitudine ad eum concursitante, ubi sedens eos docuit.*

v. 3.) *Scribæ vero & Pharisæi ad eum duxerunt mulierem, quæ in adulterio comprehensa fuerit: eaque in medio collocata, dicunt Christo:*

v. 4.) *Doctor, ista hæc mulier comprehensa est in flagrante adulterio, adulterium patrans.*

Επαυτοφωρος est e tribus verbis compositum, ex επ' & αυτο & φωρω, significatque: *In ipsa rapina;* nam φωρ est Fur, unde φωρον est rapina. Hic autem modus loquendi, ut fit, non tantum de fure deprehenso dicitur, sed etiam in communi vita, cum quis in flagrante delicto, in facto ipso deprehenditur.

v. 5.) *Jam vero Moses in lege sua nobis præscripsit, ut hujusmodi mulieres lapidibus obruerentur: tu igitur, quid statuis?*

v. 6.) *Hoc vero dixerunt, ejus tentandi caussa, ut haberent, quare eum accusarent.*

De v. 5. monendum erit aliquid, quod & infra proferam. Quæ dicuntur de lapidatione mulieris, in adulterio deprehensæ, ea cum Mosaica lege non conveniunt, ut mirum sit, ipsos Synedrii Assessores & interpretes legis hic aliquid dixisse, quod tamen secus est Levit. XX., 10. Pœna adulteræ simpliciter dicitur Mors, non definito genere mortis. Constat autem e Judaicis libris, illam *mortis adulteræ pœnam fuisse strangulationem;* ideo neque Moses jussit adulteram lapidibus obrui, neque usitata fuit lapidatio, sed strangulatio. Quæ autem Deuteron. XXII., 21. traduntur, ea non pertinent

nent ad nostrum locum; nam ibi pœna sponsæ gravidæ, neque uxoris, constituitur, & hæc est lapidatio. Nunc vero est de muliere, de uxore sermo, ut lex desponsæ huc non pertineat. Aut nunc igitur homines illi hic errarunt, quod pœnam huic adulteræ constituerent, aut latet nobis de temporum moribus, aut interdum talis lapidibus est obruta, aut est aliud, de quo deinde.

v. 6.) *Jesus vero, deorsum flexo capite, digito humum inscripsit.*

v. 7.) *Cum vero perstarent in interrogando eo, suspexit rursus & dixit: qui vestrum sine delicto est, primus lapidem in eam conjiciat.*

v. 8.) *Rursus capite flexo in terram, humum inscripsit.*

v. 9.) *Illi vero hoc audito & a malefacti conscientia convicti discesserunt, unus post alterum, a Senioribus usque ad infimos, ut Jesus relinqueretur solus cum muliere, in medio stante.*

v. 10.) *Sic Jesus suspexit rursus, &, nemine animadverso, præter mulierem, interrogat eam: Ubi sunt illi tui accusatores? Nemone te condemnavit? Illa vero: nemo, Domine, inquit.*

v. 11.) *Tum Jesus: ego te non condemno: abi & a flagitiis in posterum abstine.*

Quæ in v. 6. & 8. de humo inscripto digito Christi dicuntur, in his inane est quærere, quid scripserit; cum non possimus conjectura assequi; & ea, quæ tradita sunt, peccata Pharisæorum, nomina imprimis flagitiosorum Pharisæorum hunc inscripsisse, hæc quibus argumentis dicantur? Accedit, quod „*Inscribere humum digito*“ non necessario significat, syllabas & verba scribere, sed Gestum & Actum hominis meditabundi indicat, qui mersus cogitationibus manum in mensa sua varie movet, ut figuras ducere videatur in mensa. Id vero dicunt inscribere mensam, *wenn man im tiefen*

Den-

Denken mit den Händen bald da, bald dort hinfährt, und gleichsam zu schreiben oder Figuren zu machen scheint. Jam vero etiam alias hanc phrasin de tali gestu meditabundi hominis usitatam fuisse, id intelligitur vel ad Aristophanis Halicarn. v. 31. ut taceam alia exempla. Sufficit, illam phrasin expressisse gestum hominis, meditationibus & cogitationibus mersi. Quidni igitur & hic significet illud? Quod si addatur e v. 2. eum sedentem docuisse: tanto magis, sedens humi, ut solebant illi Orientales, sedens in pedibus, potuit manu facile tangere humum. *Wenn er tief sitzt, kann er leicht mit der Hand die Erde erreichen, und allerhand Figuren auf der Erden hinziehen.*

De singulis ceteris non habeo, quod addam; sed quæstio tamen magna adhuc restat, an sit etiam hic locus universus genuinus, aut quibus de caussis suspectus sit, & quæ sunt alia conjuncta?

Locus vero ambiguus incipit Cap. VII., 53. & desinit in hujus nostri capitis versu 11. De his omnibus est illa quæstio. In primo autem loco, ubi de tali re codices respiciuntur, exstat locus hic in satis multis, tum vero etiam bonis codicibus; sed est etiam omissus in satis multis, & vero etiam bonis & antiquis codicibus, ut adeo nil dirimatur hactenus, & possunt pro illo & contra illum scriptorum antiquorum testimonia proferri. In illis tamen codicibus, in quibus legitur, vel addi solent marginibus obeli vel asterisci, — quæ signa addita semper indicant, esse locum suspectum, nec legi ubique constanter: vel legitur in hoc extremo Evangelii Joannis, vel, post Luc. XXI. insertus est, *vel*, adduntur Annotationes quædam vel scholia hujus argumenti: hic locus non legitur ubique, eum tantum hic inserimus; vel, additur hæc admonitio, hic locus non explicatus est a majoribus, Chrysosthomo, Cyrillo Alexandrino,

Theo-

Theophylacto, Theodoro Mopsuesteno. Jam igitur, uti antea dixi, multos & bonos libros continere hunc locum, id nunc amittit aliquam vim. Audivimus enim, quomodo scribatur in codicibus. Sic igitur Codices, in quibus est, nos potius dubios reddunt de hoc loco, quam confirmant. Sic relinquentur nobis amplius multi, in quibus exstat hic locus, codices. Hactenus igitur, si sit judicandum, relinquitur, plura esse, de quibus codices jubeant dubitare de loco, quam quae excipere eum suadeant. Et hoc est pluris, quam si quis rem dubiam scribat secure. — Consulamus nunc Versiones, quarum prima est Latina. Illa igitur exhibet hunc locum in permultis codicibus Versionis illius latinae; nec tantum in Vulgatae Versionis codicibus, sed etiam in antiquioris illius Italae seu Antihieronymianae codicibus. Tamen hujus etiam antiquae Italae codices supersunt duo, a quibus abest hic locus. Sic igitur ne nunc quidem constantia quaedam in monumentis Versionis latinae sunt: plures vero habent hunc locum, pauciores omittunt. His latinis Versionibus addunt Syriacas ambas, Arabicam, Armenicam, Gothicam; ab omnibus his exsulavit hic locus, nisi quod recentiori tempore in eas est receptus. Hae igitur Versiones antiquae contra locum pugnant. His versionibus addamus paraphrasin scriptam a Nonno, in qua hujus loci ne verbum quidem exstat.

Transeamus ad scriptores eos, qui Evangelium Joannis Commentariis sunt interpretati, h. e. ad Chrysosthomum, & Theophylactum. Sed ambo hi scriptores hujus loci ne verbulo quidem mentionem injiciunt. Paulo ante e marginali scholio commemorabam, illum librarium dixisse: nec Theophylactum, neque Chrysosthomum, neque Cyrillum Alexandrinum &c. interpretatos esse hunc locum. Hoc colligimus, omnes viros multae auctoritatis & praeter Theophylactum, antiquos e IV. seculo considerate hos scripsisse una serie Commen

mentarios in Joannem, & tamen hunc omnem locum ignorant. — Cui addendum eſt hoc, exſtare Catenam græcam, editam a Cotelerio, in qua collectæ explicationes 23 patrum græcorum ſunt, & in illa tamen cum ventum eſt ad h. l. ne verbum quidem de h l. additur, ut in illis 23 patrum Commentariis nulla exiſterit, quod eſt neceſſe, nulla hujus loci notitia. Hactenus igitur valde fluctuat hic locus, ſi ipſi patres conſulantur. — Jam autem etiam in alteram partem, qui patres hunc locum exhibeant. Hi ſunt Ambroſius & Auguſtinus, potiſſimum vero Auguſtinus, qui dicit, hanc particulam de muliere adultera omiſſam eſſe a quibusdam chriſtianis e textu, ne fortaſſe ſcandalum præberetur, ſi ea legeretur ab omnibus, quoniam quidem Chriſtus impunitam mulierem dimiſiſſet, ne igitur petulantia quædam libidinis venereæ ali poſſe videretur.

Ex his ſequuntur duo: unum, Auguſtinum jam legiſſe hunc locum, & alterum: eum habuiſſe hunc locum pro genuino. De illo vero „omiſſam fuiſſe particulam metu ſcandali" vellem, dixiſſet, quando? an a multis? an publica auctoritate omiſſa eſſet? Etiamſi igitur id, quod ille tradit, repudiare non ſuſtineo: (eſſet enim impudentiæ;) tamen non poſſum credere & comprehendere, tot illos viros metu ſcandali omiſiſſe, & tot viros non eſſe interpretatos. Etiam in libris eruditionis cauſſa ſcriptis, uti Clementis Alexandrini & Theodori Mopſueſteni emolliri aliquid poteſt, quod poſſit offendere. An vero Commentatori licet limitare aliquid vel omittere? In Commentario requiritur, ut omnia adſint. Nullo modo igitur mihi videtur hæc omiſſio ſollicita efficere potuiſſe, ut a tot libris, & tot patrum locis exſularet hic locus. Brevior eſt admonitio de Hieronymo, qui in libro II. contra Pelagianos Tomo II. operum, cum omnia conquireret contra Pelagianos, percurrit hunc locum & addit, legi hunc locum in variis

Co-

Codicibus græcis & latinis. Quid hoc addit? Quia non in omnibus legatur. Ne igitur sibi objiceretur, quem locum profers? propterea addit, legi hunc locum in variis codicibus, sed nil aliud addit. Sequitur igitur ex his, videri eum probasse, quia eo utitur. Hæc est igitur materia, de qua judicandum est in Examine hujus loci. Hæc sunt monumenta illorum Codicum, Versionum, librorum scriptorum, Commentariorum & Patrum, qui ejus mentionem faciunt. Hac materia posita ob oculos, non possum dirimere in alterutram partem, num vel spurius, vel genuinus sit hic locus habendus: utraque sententia habet argumenta; tamen sunt in illa parte, qui spurium putant locum, & plura & graviora argumenta. Hoc ex ante dictis elucet. Igitur verisimili judicio non poterit certus & genuinus haberi locus.

Supersunt quædam additamenta. Unum eorum pertinet ad locum Eusebii ex historiæ eccles. libro III. Cap. 39. ubi de quodam Papia hæc narrat: fuisse illum Papiam proximum ætati Apostolorum ita, ut auditor discipulorum Apostolorum esset, non ipsorum quidem Apostolorum, sed discipulorum eorum, qui cum illis versati fuerant. De hoc igitur Papia narrat hoc, eum in libris suis quandam narrationem exposuisse de muliere aliqua, propter delicta apud Dominum accusata. Eum vero hanc de muliere narrationem ex Evangelio secundum Ebræos hausisse, quod Evangelium in libris primorum seculorum apocryphis fuit, ut e Fabricii codice apocrypho N. T. vel Michaelis introductione in libros novi fœderis videmus. Jam hoc quidem modo non plane constat, an Papias illo in loco narraverit hæc, quæ de muliere adultera hic leguntur, neque tamen in nostro Evangelio reperitur alia narratio, quæ ob delicta esset accipienda, ut necessario Papias dicendus sit, hanc narrationem ibi de adultera tradidisse. Si igitur, ut videtur, certa est res, hanc, in qua nunc versamur, narrationem exposuit, hausit eam ex ejusmodi

di apocrypho Evangelio, ut ſic obſcuro modo origo loci poſſe intelligi conjectura videatur. — Hoc ad illum locum pertinebit. — Omnino vero & hoc erat alterum, quod monerem: videtur res ipſa, quæ hic traditur, accidiſſe, ut ejusmodi impudica mulier abduceretur ad Jeſum. Jeſus vero Judæorum duritiem in condemnanda muliere mitigare nolebat. Sed videtur etiam ea res non tam ab Apoſtolo Joanne literis fuiſſe conſignata, quam potius ore tradita ab uno ad alterum, per traditionem propagata, e qua venerit in Evangelium ſecundum Ebræos: ex hoc in libros Papiæ: ex his rurſus in plurium notitiam, ut, neglecta ab iſtis ſcriptoribus, tandem ab uno & altero reciperetur, ut monerent, Ambroſio, Auguſtino, Hieronymo, ſeculo IV. eam eſſe obviam, hanc narrationem paſſim legi. Sentimus, conjectura hoc niti, ſed hoc non penitus abhorret a veriſimilitudine & veſtigiis, eum locum fuiſſe lectum: & quomodo potuerit hic locus ſuſpectus inſeri. Hanc ipſam ore traditam eſſe rem, viſum eſt etiam Grotio, qui paucis verbis hoc monet.

In illo Euſebii loco, in illo Fabricii apocrypho codice multa utiliter collecta reperimus, ut omnino ſuaſerim, de his, quæ pertinent ad κϱισιν & hiſtoriam loci, inprimis Wettſtenium legere, qui omnia diligentius & ſtudioſius videtur collegiſſe.

Tertio pertinet eo, quod in hoc omni penſo ſunt tot variæ lectiones, ut propemodum ne unum quidem verbum reliquum ſit, quin alias aliter legatur, ita tamen, ut nihilominus res ipſa maneat eadem, eam mulierem accuſatam & abductam eſſe ad Jeſum, & quæ cetera Jeſus reſpondit & fecit. Nec eſt mirum, in tali penſo factam eſſe tantam legendi varietatem. Hoc tamen ſequitur nullo modo, poſſe hodie dici, quæ potiſſimum lectio vera ſit in tanta varietate. Triplicem lectionum varietatem indicat Griesbachius in ſuo N. T.

quæ

quæ conſpici poteſt. Sed in his varietatibus potiſſimum ſunt interpolationes notabiles, ita ut facile appareat, alium hoc, alium illud addidiſſe, & alium hoc, alium illud omiſiſſe, ut hodie non authentica ſit lectio, ſed mutilata. Qui Bengelii editione utuntur, de v. 9. dicam, qui in Reineccii editione ſic ſcribitur: *οἱ δε ακȣσαντες και ὑπο της συνειδησεως ελεγχομενοι, εξηρχοντο εἱς καθ εἱς:* illa verba: *και ὑπο της συνειδησεως ελεγχομενοι,* non ſunt in textu Bengelianæ editionis: nam ita abſunt a Verſionibus & ſcriptis libris, ut appareat, eſſe recentem interpolationem. In eodem verſu eſt in Reineccii editione: *αρξαμενοι απο των πρεσβυτερων ἑως των εσχατων.* Hæc verba „*ἑως των εσχατων*" non ſunt in Bengeliano textu, & varietates indicant, hæc quoque ab interpolatore eſſe addita. Quid erit illud: „*αρξαμενοι των εσχατων*" quod ſupra conſulto omiſimus? Abierunt omnes, initio facto a Senioribus uſque ad ultimos? Quæ eſt illa oppoſitio? Fuerunt igitur nunc *οἱ εσχατοι*, *homines poſtremi, Plebs, infimæ ſortis homines*, uti 1. Cor. IV., dicitur, & *πρεσβυτεροι* erunt intelligendi *Seniores dignitate*, *Synedrii Aſſeſſores.* Sic foret illud: Facto initio a Senatoribus uſque ad infimam plebem abierunt, i. e. omnes omnino abierunt. Ergo *ἑως των εσχατων* apparet eſſe interpolatum. Quod ſi denique eſt hic locus ſic interpolatus, ſic fortaſſe e traditione ſubinde literis eſt conſignatus. Accedunt etiam ex difficultates, quæ in v. 5. ſunt, ubi pœnam dicebant Moſis legem, quæ non erat tamen uſitata pœna, neque conſuetudine fori recepta inter Judæos, ut videatur hic quid erroris commiſſum in generæ pœnæ denominato. Igitur ſi ſic ſe res habet, nihil poteſt ex h. l. demonſtrari, & nulla Jeſu reprehenſio eſt in eo. Sed ſi quæ talia tradantur, ea omnia cum univerſo loco habebunt illam dubitationem, an ſint ſic, uti hic leguntur, & an ſint omnia manu Joannis Evangeliſtæ? —

Sic

Sic nunc progrediemur & veniemus ad

v. 12.) *Rursus igitur Jesus ita loqui cœpit: ego sum doctor generis humani, qui me sequitur, is non laborabit ignorantia veræ doctrinæ, sed habebit doctrinam felicitatis.*

Ne verbum addam, cur sic verterim, cum jam omnia fuerunt obvia.

v. 13.) *Hic igitur Pharisæi illi objecerunt: Tu de teipso testimonium perbibes: tuum igitur testimonium non est fide dignum;* αληθης, uti supra Cap. V., 38 hoc ipsum ita dicebatur.

Quod si narratio de muliere est genuina; — in ea audiebamus, omnes omnino discessisse, & Jesum solum fuisse relictum cum muliere —; erit igitur hic inserendum illud: „Paulo post rursus multitudinem hominum convenisse, in hac rursus Pharisæos fuisse“ quia disertis verbis dicitur disputasse hic cum Pharisæis. Sed si locus ille non est genuinus; hoc pensum cum superiori capite uno tenore cohærebit, ubi Jesus in templo modo hoc, modo illud dixit, ut etiam Pharisæi interessent. Sed in

v. 14.) *His Pharisæis respondet Jesus: etiamsi ego de meipso testor, fide dignum tamen est meum testimonium, quia novi, unde venerim, & quorsum abeam: vos vero non nostis, unde venio & quorsum abeo,* —

Vel, meum est de me fide dignum testimonium propterea, quod mihi sum conscius, me revera esse legatum divinum. Veni a Deo, & abeo ad Deum. Si vero sum legatus divinus, non mentior aut fallo.

Ergo si vel maxime de meipso testor, tamen fide dignus est meus sermo.

v. 15.) *Vos de conditione hominum externa judicare soletis, ego vero neminem judico.*

v. 16.

v. 16.) *Etiamsi autem dijudicem ego, tamen judicium meum esset verax: neque enim solus sum, sed ego & pater, qui me misit, sumus una.*

In v. 15. Vos κατα την σαρκα κρινετε, poterit partim e Cap. VII., 24. repeti, ubi hoc idem aliis verbis expressum est, partim in memoriam revocari, την σαρκα esse humilem conditionem & statum, uti Phil. III., 3. 4. Et hoc expressi ita: Vos judicare soletis de externa hominum conditione. — In eo „ego neminem dijudico" videtur mihi expressus sermo communis vitæ, ubi illud: *die Leute richten*, semper dicitur ita: Sinistre judicare, tum, cum non debebat. Ut igitur illi quoad externa tantum judicabant, necesse erat, ut sinistre judicarent. Ergo dicitur: Ego de omni sinistro judicio sum liber. Sic fortasse cadent difficultates, quæ sunt repertæ in h. l. a quibusdam, Christum fore judicem in extremo die: quomodo igitur dicit: ego non dijudico? Profecto non est sermo de futuro judicio. Item: Christum sæpe condemnasse Pharisæos incredulitatis. απιστια &c. quomodo diceret: ego non dijudico? Igitur putabam, hoc esse capiendum, uti in communi vita: *ich richte nicht über die Leute.* Sed in sequentibus versibus flectit illud κρινειν: Sententiam de homine dico, dum judico. Verbum est idem, sed dicitur diverso significatu. Si sententiam de vestra pravitate interdum dico, tum est meum judicium verax, justa est mea de vobis sententia. Caussa est ea: Non ego solus, sed pater mecum, i. e. non ego per me sic sententiam dico, sed habeo hoc in mandatis a patre, ut condemnem & pœna dignam judicem απιστιαν, incredulitatem vestram &c. *Man beliebe hier an den zu denken, der lehret, tadelt, Fehler zeigt.* Nec pœnituerit, relegere hic Cap. V. inde a v. 30. Igitur ego & Pater una sumus, unam sententiam de vestra pravitate dicimus.

v. 17.)

v. 17.) *Jam vero in vestra lege scriptum exstat: duorum hominum testimonium fide dignum esse. Igitur & hic duplex testimonium, Dei & legati divini fidem merebit.*

v. 18.) *Ego de me testimonium dico, sed Pater etiam, qui me misit, de me testimonium perhibet.* —

Hæc sunt illustrata Cap. V, 36. per ἐργα, quæ Jesus patravit ope patris, testatus est pater, eum esse legatum divinum.

v. 19.) *Quærebant igitur eum, ubinam est pater tuus? Jesus respondet: nec me nostis, nec patrem meum: si me nossetis, patrem quoque meum nossetis,*

Vel, quid prodest vobis, meum describere Patrem, tamen illum non nostis: cum additamento: Non colitis eum: Uti me non nostis, ita & illum non nostis

v. 20.) *Hos sermones habuit Christus prope cistam pecuniariam tum, cum in templo doceret: & tamen nemo comprehendere eum sustinuit, quia tempus mortis destinatum nondum aderat.*

Illud „prope cistam pecuniariam docuit" adspersit ideo, ut sit: in publico, in hominum multitudine docuit illa, & tamen in hoc nemo sustinuit ei vim inferre.

v. 21.) *Rursus igitur Jesus hæc locutus est: ego discedam, vosque me quæretis, sed propter peccatum vestrum peribitis: quorsum ego abeo, vos non potestis sequi.*

v. 22.) *Hic igitur Judæi: nonne, inquiunt, inferet sibi vim, quoniam dicit: quorsum ego abeam, vos non potestis venire?*

v. 23. *Ille vero: vos estis inferi, ego vero supernus sum: vos estis mundani, ego vero non sum mundanus.*

v. 24.)

v. 24.) *Igitur dixi vobis, vos esse perituros propter peccata vestra, si non credetis.* — Hæc singulatim.

In v. 21. *Moriemini* εν τη ἁμαρτία ὑμων, verti: Propter peccatum vestrum. Caussa statim apparebit. Peccatum pono hic in Judæorum απιϛια, ut non respiciatur ad scelera eorum omnia omnino, sed propemodum unice ad eam απιϛιαν. Caussa est in v. 24. In fine versus illius est: Nisi credideritis, me esse, peribitis ob peccatum vestrum. Digito igitur monstratur, quod hic sit peccatum, propter quod sint morituri. Et cum in altero loco, nempe in v. 24. sit pluralis numerus, scil. „ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν;" tamen hoc non mutat rem, nam illa απιϛια multis implicita est peccatis, *Unglaube mit allen seinen Ursachen*, Error, Opinio præjudicata, Libido & quæ sunt præterea απιϛιας caussæ. Ob hæc omnia peribitis. — Vidi etiam consentire omnes, απιϛιαν esse sub hac ἁμαρτια & sub his ἁμαρτιαις intelligendam. Si hæc ita sunt, primo manifestum est, αποθνησκειν tropice esse: *Miserum fieri*. Alias est, qui non credit, απολλυται. — Intelligitur & hic, εν τη αμαρτια ὑμων, esse Propter peccata vestra. Alibi semper ita: hoc est judicium, hæc est caussa judicii, quod homines non credant. Non est hic, *in den Sünden sterben*, quod est alias: in mediis vitiis tolli propter delictum; sed illud: *in perpetuum peribitis*. — Redeamus ad v. 21. ubi in fine est: *Quorsum ego abeo, vos non potestis sequi*. Hoc nunc sic definio: *Ego abeo* i. e. *ad summam felicitatem*. *Vos non potestis pervenire eo*; i. e. *Non participes fieri potestis felicitatis illius*. *So wie er auch sagte: ich gehe voraus, um euch den Aufenthalt zu bestellen: Wo ich bin, sollet ihr auch seyn: Ich will euch zu mir ziehen.* Præcesserat: peribitis ob

vestram απιστιαν; nunc est: Quorsum ego abeo, ibi non potestis pervenire, non patitur vestra απιστια, ut ne ad eandem mecum felicitatem perveniatis.

In v. 23. Jam sunt illa illustranda: esse ex inferis & esse e cœlo. Ubi τα κάτω, Infera, & τα ἄνω, supera, sunt, idem est quod Terra & Cœlum, ut perpetuo altitudo & profunditas, Imum & Summum in literis sacris Cœli terræque descriptionem & oppositionem declarant. Postea: *Esse ex inferis*, vertendum ita erit: *esse terrenum*, ut alterum: *esse e superis*, indicat, *esse cælestem*, ubi e Cap. III. extremis versibus Joannis dicta repeti possunt. Deinde: *Terrenum esse*, ut sæpe monitum est, omnino continet illud: *esse vilem & imperfectum*: *Cœlestem* vero *esse perfectum & excellentem*. Hic usus loquendi in universum valet ubique. Nunc videamus, quo sensu dicatur Terrenum, Vile & Imperfectum. Igitur partim propter inscitiam & stuporem, partim propter απιστιαν. Hæc duo vero vilitatem & imperfectionem indicare, in oculos incurrit. Sed hæc duo nunc potissimum intelligo, quia & ante & post hæc verba nostra de his duabus rebus sermo est. In v. 19. proposuerat: Neque me, neque Patrem meum nostis; unde ob inscientiam, quæ dico, neque intelligitis, neque capitis, quod dico, me a Patre esse missum. Sic eorum stuporem & inscientiam arguit. — Similiter in v. 20. postquam dixerat, se abiturum esse ex hac terra, intellexerant sic: an vellet sibi vim inferre, ut supra, an vellet per Judæam inter Græcos itinera facere. Hunc igitur stuporem & inscitiam arguit. Dixerat enim alias, se ad Patrem redire. — Hæc ergo de Inscientia & stupore. — Post locum autem nostrum v. 24. meminimus ex versione, diserte fuisse dictum illud: nisi credideritis, me illum esse, pereundum esse vobis. Hic ergo de απιστία dicit; & qualia dixerat, comprehendit illo verbo „ἁμαρτίαν“.

Vos estis terreni: sic imperfectionem indicat, Viles & imperfecti homines estis. Hoc „ esse e mundo, esse mundanum“ idem indicat.

Nolebam hominem terrenum simpliciter & semper intelligi Eum, qui volvitur sceleribus; est interdum, sed etiam multo latius patet; ideoque de intellectu, voluntate omnique hominum vita dicitur. De illo vero, quod se dicit Cœlestem sive Excelsum & perfectum, facilis est admonitio. Inest enim, se venisse cœlitus, se attulisse his scientiam, se, quæ credenda sint, tradidisse. Hoc supra satis adfuit. Adjungitur semper illud, se attulisse scientiam. Si qua opus sit periphrasi, hæc est: etiamsi ego e cœlo veni, vobisque attuli scientiam salutis, tamen vos manetis ἀπιστοι & inscientes: ego cœlestis, vos terreni. Poterit porro etiam ex 1 Joann. IV, ab initio inferri, ibi hæc ipsa de veris & falsis doctoribus prope his ipsis verbis expressa reperiuntur.

In v. 24. Supererat hoc: Nisi credideritis, me esse. Quilibet sentit, hic esse aliquid addendum, quia hic non dicitur ille, *daß ich sey oder existire*. Ergo additur hoc: eum esse me, pro quo a vobis haberi volo, legatum divinum, pro vestra salute missum. In nostro sermone unius vocabuli additamentum rem omnem exprimit, *wenn ihr es nicht glaubt, daß ich es sey*, pro quo scil. haberi volo. Sed hoc dictum obscure præbuit occasionem objectioni in v. seqq.

v. 25.) *Igitur interrogarunt Judæi: quisnam tu es? Ille respondet: Quod jamdudum vobis dico, vel per periphrasin: quem jamdudum vobis dico, me esse, ille sum.*

Jamdudum dixerat, se a Deo esse missum. In verbis tamen est aliquid obscuritatis, unde satis multæ verborum explicationes exstant. Propositam igitur nostram vindicemus. Τὴν ἀρχὴν erit in ellipsi κατὰ τὴν

αρχην, quoad initium, ab initio. Dico vobis hanc rem inde a principio — Principium intelligam principium muneris, quod inter Judæos gessit docendo — dico vobis κατα την αρχην, jam inde a principio muneris mei, me hunc legatum divinum esse. Jam interrogatus, quisnam esset? respondit: Sum id, quod jamdudum vobis dico, quid ego sim aut quis. Reliquæ interpretationes sunt jam collectæ in Wolfii curis ad h. l.

v, 26.) *Multa habeo, quæ de vobis dicam & judicem; sed qui me misit, is est verus, & ego quæ ab eo audivi, hæc doceo inter homines.*

Prima illa: „multa habeo, quæ de vobis dicam & judicem de vobis, poterunt hac versione exprimi: multa habeo, quare de vobis conquerar, quare vos accusem. — In fine versus: *quæ a Patre audivi, hæc doceo, proloquor*, sive, res a patre mihi demandatas, doctrinam ab eo mihi demandatam, inter homines repeto, iis trado. Is, qui me misit, verus est, intelligo nunc veracem h. e. veræ doctrinæ auctorem. Non enim aliam Veri ideam reperire possum. Multa habeo, quæ de vobis conquerar, sed sufficit, me veram tradere doctrinam. *Tadelt ihr, verwerfet ihr, wie ihr wollet: ich schweige*, sufficit, me veram tradere doctrinam, hoc me solatur. Sufficit, me tradere veram doctrinam: is, qui me misit, verus est, is a quo ego venio, non spargere solet errores per legatos suos: ego autem inter homines loquor, quæ ille mihi demandavit. *Der mich sandte, ist wahrhaftig, ist Quell aller Wahrheit: Das, was er mir aufgetragen hat, sage ich, wie es ist.*

v. 27.) *Tamen non intellexerunt Judæi, eum hic describere patrem suum per illa verba.*

v. 28.) *Respondet igitur illis Jesus, cum sustuleritis Messiam, tum intelligetis, me esse hunc,*

hunc, quem me dixi, & nil per me facere, verum, uti pater me docuit, ita docere homines.

v. 29.) *Is vero, qui me misit, mecum est, non derelinquit me pater solum, quia semper facio, quæ ipsi placent & probantur.*

De illo ὑψῶσαι in v. 28. Exaltare filium, est jam ad Cap. 3, 14. admonitum. Nunc cum dicantur Judæi, Messiam exaltaturi, vix intelligi potest aliud eventum ex historia, quam quod in crucem sustulerunt eum, cum jam contulimus tertium locum Cap. 12, 32. Accedit vero etiam, quod ea res, quæ secutura est hanc exaltationem, est res, quæ mortem Christi secuta est, ut adeo sub ejus exaltatione intelligenda est mors ejus, in crucem acti. Quænam igitur res dicitur exaltationem in cruce secutura, ea tum intelligetis, me esse eum, quem dico, tum discetis, me revera esse a Deo missum ad vos & omne genus humanum. Hæc autem res, nonne est intelligenda a Judæis, postquam Jesus est sublatus e terra, cum est glorificatus? Jam post illam mortem rediit in cœlum, effudit spiritum, & propagavit doctrinam & ecclesiam suam per omnem terrarum orbem, ut interdum uno die 3000 Judæi agnoscerent, hunc esse eum, quem dixerit, Jesum Nazarenum esse Dominum a Deo constitutum, uti est in Actis Apostolorum. *Er war also der Gesandte, für den er sich in seinem Leben ausgab.*

De illo autem in v. 29. „*Qui me misit, mecum est, non derelinquit me pater solum*" erit monendum: Is qui me misit, adest doctrinæ meæ auxilio suo, largitur doctrinæ meæ prosperum successum. *Verwerft ihn, wie ihr wollt: der mich gesandt hat, läßt mich nicht allein: ihr sollt doch zu seiner Zeit erfahren, daß ich der war, für den ich mich ausgegeben.*

v. 30.

v. 30.) *Hæc eo sic loquente, multi in eum crediderunt.*

v. 31.) *Jesus vero his, qui crediderunt in eum, Judæis, hæc dixit:* —

Videmus hic „πιςευει εἰς Χριςον, & πιςευειν τῷ Χριςῳ" manifeste invicem permutari, ut in universum sit: Illi, *illius doctrinæ assensum præbere, eam suscipere.* — Si vos perstetis in doctrina mea, veri estis discipuli mei.

v. 32.) *Et intelligetis veram doctrinam, & vera doctrina vos liberabit.*

Intelligetis veram doctrinam, sive, intelligetis, doctrinam hanc esse veram. — De re nil habeo, quod addam. Dixi omnia ad Cap. 7., rb. 17. Qui perstat in doctrina, is usu subinde magis intelliget, doctrinam esse veram. — Doctrina vero vos liberabit, significat: vos a vitiis & sceleribus liberabit, & ad sanctiorem vitam ducet. Hoc paulo post melius intelligetur.

v. 33.) *Hi vero Judæi objecerunt ei: sumus posteri Abrahami, ac nemini unquam servivimus: quomodo tu dicis: liberi fueritis? cum tamen nunquam fuerimus servi?* —

v. 34.) *Respondet illis Jesus: vere vobis confirmo, quemlibet facinorosum hominum esse servum v tiositatis.*

Quilibet facinorosus est servus vitiositatis; *also auch sie waren Sklaven der Lasterhaftigkeit. Also muß der Sklave der ἁμαρτίας von der Lasterhaftigkeit verstanden werden.*

In v. 35.) *Servus vero non manet perpetuo in ædibus, filius vero manet perpetuo in iis.*

Servus non manet perpetuo in ædibus, nam ubi aliquis deliquit servus, extruditur; tamen filius genuinus, etiam si deliquit, in æde manet. Quemadmodum igitur in vita communi servus extruditur e domo, sic

ſic Judæi, ſervi ſcelerum & facinorum expellentur e domo Dei, vel, Deus non tractabit eos ut liberos, ut τέκνα ſua. Ergo & de altero conſtat: *Filius manet in ædibus.* Si quis igitur manet filius Dei, is tractabitur perpetuo ut τέκνον τοῦ Θεοῦ.

In v. 36.) *Si igitur filius* — Nunc filius eſt filius Dei: *jetzt iſt es ja nicht mehr der Erfahrungsſatz aus dem gemeinen Leben: er fährt fort in ſeinem Unterrichte.* — Si filios Deus Pater, ſi vos Deus abſtraxerit a vitiis, tum revera eritis liberi, *theils wirklich gebeſſerte Leute, theils* τέκνα τοῦ Θεοῦ, *denen Gott wohl thut.* Antea dixit: mea doctrina vera liberabit, igitur filium per doctrinam ſuam liberat. *Hier leſen wir, die Lehre des Sohnes Gottes entreiſst uns der Laſterhaftigkeit, und macht uns Freigelaſſenen ähnlich, denen Gott wohltut. — Man laſſe ſich hier aber nicht auf das Wort Freiheit ein, oder ſchweife herum. Die Beſtimmung im Zuſammenhange iſt evident:* doctrina a ſceleribus abſtrahit.

v. 37.) *Novi vos eſſe poſteros Abrahami, ſed conamini me interficere, quia doctrina mea inter vos non procedit.*

v. 38.) *Ego quæ a patre meo vidi, trado, vos vero, quæ vidiſtis a Patre veſtro, facitis.*

v. 39.) *Hic illi objecerunt: Parens noſter eſt Abrahamus. Et Jeſus: ſi poſteri Abrahami eſſetis, imitaremini Abrahami facta.*

v. 40.) *Nunc vero conamini me interficere, virum, qui doctrinam Dei trado, quam a Deo audivi.*

Hoc non fecit Abrahamus. Vos agitis ea, quæ Pater veſter egit.

v. 41.) *Rurſus objiciunt, nos non ſumus per ſcortationem prognati: unum habemus Patrem Deum.*

v. 42.)

v. 42.) *Respondet Jesus: Si Deus Pater vester esset, amaretis me: ego enim a Deo profectus sum, & venio: neque enim a meipso veni, sed ille me misit.*

v. 43.) *Quare meam doctrinam non agnoscitis? quia non potestis eam assensu approbare.*

v. 44.) *Vos e Patre Diabolo estis, & cupiditates, quales Pater habet, libenter sequimini. Ille fuit ab initio homicida & mentiri solet.* —

Nunc ad v. 45. transeundum est: *Ego vero quanquam veritatem dico, non creditis.*

Sic cohærebunt omnia, & vel sic vertendo intelligi potest, hic dici de similitudine parentum & filiorum, ut similitudo hominum pravorum cum Satana h. l. exprimitur. Quomodo hæc cohærent in v. 36. *Ich weis, daß ihr Abrahams Nachkommen seyd, aber ihr sucht mich umzubringen?* Hoc non potest intelligi, nisi e v. 40. ubi hoc ipsum repetit: Vos me conamini interficere. Hoc vero Abrahamus non fecit. *Ich weis, daß ihr Abrahams Nachkommen seyd; aber ihr handelt nur nicht so, wie er.* Vos me interficere conamini, virum, qui Doctrinam Dei trado; Abrahamus vero virum probum interficere non studuit.

Consilium igitur hujus loci fuit, ut Judæi admonerentur de sua vitiositate, & de necessitate liberationis ab illa, quæ fieret per Christi doctrinam, sed hic de illa vitiositate, de parente, e quo nati sunt — per quæ sermo in se facilis & brevis — impeditur & protrahitur diutissime. Jam cum injecissent mentionem patris sui liberi, e quo nati essent ingenui, ostenditur dissimilitudo Judæorum cum patre Abrahamo. Ea vero dissimilitudo fuit in eo, quod Judæi Christi vitæ insidiarentur, quale quid Abrahamus non fecit, ut strueret insidias viris probis. Ejus causa autem in v. 37. additur: Cupitis me interficere, ὅτι ὁ λόγος ὁ ἐμὸς ἐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν.

ὑμιν: Hæc verba dubiæ explicationis intellexerim hoc modo: *mea doctrina inter vos non habet facilem successum*, a vobis varie impeditur. Caussa sic intelligendi loci est in illo, quia phrasis hæc: „ὁ λόγος χωρεῖ" in scriptoribus græcis indicat: Rumor manat per vulgus, propagatur per vulgus; aut quicquid sit, quod dicatur; λογος etiam doctrina est: Opinio aliqua manat & propagatur per vulgus. Licet eadem etiam intelligere sic: doctrina illa non capit inter vos, χωρειν etiam significat *Capere*. Jam hic addi volunt „τόπον, locum"; Non capit locum in animis vestris. Qua rem non male est, sed illa ellipsis non est usitata. Lutheri autem versio vix videtur posse intelligi: *meine Rede fährt nicht unter euch.* Proposui id cum caussis, quod videbatur mihi aliquis esse loquendi usus.

In v. 38. Judæi faciunt, quod apud patrem suum viderunt. Patrem Judæorum infra diserte dicit se intelligere Satanam, v. 44. non Abrahamum, non Deum. Igitur faciunt Judæi, quod viderunt apud patrem. Hoc non potest proprie capi: non enim fuerunt apud eum, & viderunt, quod ille fecit. Ergo adjunctum hujus phraseos erit spectandum: Facio, quod vidi apud alterum: huic est adjunctum: Ergo alterum imitor, talia ago, quæ ille agit, similia illi facio.

De priori parte hujus versus alibi est jam dictum. — Jesus docet, quæ vidit apud Deum patrem: Vidit igitur. Supra legebamus in v. 26. quæ audivi, hæc doceo, doceo sic, uti pater me docuit. Nunc est: doceo, quæ a patre meo vidi. Ergo & hic adjunctum spectatur: Quæ mihi communicavit, quæ mihi tradenda aliis, tradidit, ea doceo. Sic in versu hoc describitur Christi cum Judæis dissimilitudo. *Ich richte die Aufträge meines Vaters aus, und ihr ahmet euren Vater*

ter

ter nach. Ego imitor Deum patrem, vos Diabolum. Igitur non est mirum, si doctrina mea facilem non habet successum.

v. 39. Igitur illi objecerunt: noster parens est Abrahamus: & Jesus respondet: Si posteri Abrahami essetis, imitaremini ejus facta. — Hæc sunt plana.

Hoc tamen adjunctum hujus phraseos „esse liberos alterius" est hoc: illum & facta ejus imitamur, cujus sumus liberi.

v. 40. Jam vero me cupitis interficere, virum, qui doctrinam Dei trado, quam a Deo audivi: hoc Abrahamus non fecit: non igitur imitamini vitam & facta ejus. Vos, inquit, imitamini parentis vestri facta, sive, diaboli facta.

v. 41. Sed hic quoque objecerunt ei: Nos non sumus spurii liberi, unum habemus parentem Deum: Nos & Abrahamus patrem Deum: a quo ille fuit, ab hoc etiam nos sumus.

v. 42. Hic Jesus respondet: si Deus esset pater vester, amaretis me: ego &c.

v. 43. Quare igitur doctrinam meam non agnoscitis? quia non potestis assensu probare doctrinam meam.

In priori parte: cur non agnoscitis doctrinam meam, intelligo sic: Non agnoscitis pro doctrina a Deo missa. *Warum wollt ihr sie nicht anerkennen?* Nunc respondet: quia non potestis assensu probare meam doctrinam. cf. Cap. VI., 36. Non potestis per vestram indolem, ea estis inscitia, stupore, contumacia, ut non possitis ea cum assensu audire. ***Warum wollt ihr sie nicht anerkennen? weil ihr sie nicht kennt, weil ihr sie nicht mit Beifall anhört wegen eurer Denkungsart:*** per naturam hæc omnia sic cohærent. — Jam tandem res plana est in

v. 44.

v. 44. *Vos estis e diabolo parente vestro:* quod nil aliud est nisi: *Estis* τέκνα τῦ διαβόλυ, *hunc habetis patrem.* — Nunc hoc: τὰς ἐπιθυμίας τῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. Επιθυμιας ποιειν est: *Explere cupiditatem, sequi cupiditates.* Ego ipse meas cupiditates facio, expleo, sequor cupiditates meas. Cupiditates patris vestri, quales habet vester parens, diabolus. *Vultis sequi cupiditates illius*, i. e. *Libenter sequimini eum.* Et notum est, sic dici illud hebraicum: Volo hoc facere, i. e. libenter hoc facio. In Cap. V, 35. jam occurrit exemplum. Igitur puto, esse sensum: *Libenter sequimini cupiditates tales, quales parens vester, diabolus, habet.* Et hæc satis congrua sunt aliis scripturæ locis; tum vero: quia dicebantur hunc habere Patrem, esse ejus τεκνα. Antea de adjuncto erat; Imitamini eum, cujus liberi estis: *Und nun der höchst bestimmte Satz, der darauf folgt:* sequimini cupiditates tales, quales parens vester, diabolus habet. Jam duo exempla cupiditatum, quales habet diabolus parens, proponuntur. Unum est quod fuit homicida: alterum, quod mendax est. Jam autem Judæi etiam volebant Christum interficere; atqui diabolus est homicida, igitur imitantur eum. Judæi veram doctrinam repudiant, amant ψεῦδος, errores: diabolus etiam amat ψεῦδος, errorem, igitur imitantur diabolum. In illa duplici re igitur sunt exempla cupiditatum, quales habet diabolus, parens: *er ist mörderisch, ihr seyd auch so gesinnt: er ist Lügner, ihr seyd auch so gesinnet.*

Videamus singula. — In illa propositione: *Eum a principio inde fuisse homicidam,* persuasissimum mihi habeo, respici *ad primum primorum hominum delictum*, partim, quia non reperio factum aliud, e quo illustrem hanc propositionem, partim, quia scio, etiam Judæos talia de diabolo docuisse; per eum a

prin-

principio peccatum fuisse inductum & damnum hominibus illatum. De posteriori commate habui in animo illud Sap. II., 24. *Durch des Satans Neid ist die Sünde in die Welt gekommen.* Cum autem inde a temporibus illius libri apocryphi progredior ad hæc Christi tempora, non video, cur non his temporibus hoc idem dici potuerit? Porro habeo mihi & illud persuasum, ἀπ' ἀρχης esse hic *inde a principio humanarum rerum*, rursus ideo, quia non uovi factum, e quo illustrem hanc Propositionem, nisi hoc a principio rerum humanarum est. Quodsi placuerit dicere, ἀπ' ἀρχης respondere hebraico מֵעוֹלָם, idque significare: ab antiquissimis temporibus: hæc sunt vera; sed quid lucramur? *Ich würde diese Erklärung zugeben, wenn nicht Geschichte da wäre:* jam adest factum, narratio; quid lucrer, si ἀπ' ἀρχης verto sic?

In illo, ἀνθρωποκτόνος, quod a puero discimus, agnosco & ipse, illum occasionem peccandi & adeo moriendi dedisse. Verum in illo non hoc unum spectem" *Ursache des physikalischen Todes,* sed paulo latiûs, hoc sensu: *Inimicissimus consiliis fuit, hostili erga homines animo fuit.* Id autem adjuvatur partim ipsa re, partim ex 1 Joan. III., 15. propemodum in simillima re idem dicitur, & jubetur, ut sub ανθρωποκτονῳ cogitemus eum, qui homines odio habet. Omnino vero rogo, ut ille locus cum hoc comparetur, quia instar Commentarii esse potest. Omnino autem in hac propositione: διαβόλος ἀνθρωποκτόνος ἦν &c. non tam est controversia Grammatica aut Exegetica, quid verba significent, sed est illa dubitatio dogmatica, an hæc, quæ Moses narravit, sint proprie aut allegorice capienda. Sed videtur hoc non pertinere ad h. l. sufficiat admonuisse. Ἐν τῇ αληθείᾳ

ȣκ

ὐχ ἕστηκεν: plane non poteſt dubitationem habere: ἑστηκεναι εν τη αληθεια ſtare in fide, in religione: ἑστηκεναι εν τη χαριτι, Perſtare in religione: hoc centies in Apoſtolorum ſcriptis occurrit. *Non Perſtat in vero, er beharret nicht bei der Wahrheit: igitur recedit a vero, igitur incipit mentiri, igitur proclivis eſt ad fraudem, ad errorem, ad omnia, quæ ſunt oppoſita veritati.* Hoc quoque exemplo illius Moſaicæ narrationis illuſtrari poterit, eum ad mendacium, fraudemque eſſe proclivem. Hoc illuſtratur pluribus: ὅτι ὐκ εστιν αλήθεια εν αυτῷ. *Auch dieſes kann keiner grammatiſchen Schwierigkeit unterworfen ſeyn. Was heiſst:* eſt in me αγαπη? Deditus ſum amori, exerceo amorem. Hic eſt loquendi uſus: *Non eſt in illo veritas, non ſemper exercet, quod verum eſt, non ſtudet veritati.*

Non præmittendum eſt: ἐκ τῶν ἰδίων λαλει. Igitur τα ιδια puto hic eſſe, quod græce dicitur το ιδιωμα: *ſed* ιδιωμα *meum eſt mea naturalis, mihique propria indoles,* ut adeo arborum & agrorum dicatur ιδιωμα, naturalis indoles. Sic intellexerim *indolem mali illius ſpiritus, ſeine natürliche Art und Beſchaffenheit.* Jam hoc: εκ των ιδιων λαλω, Loquor ex mea indole, Loquor depromta ex mea indole. Si hoc vertamus *ohne Aengſtlichkeit, ſo iſt es:* Loquor congrua meæ indoli, quæ mea indoles poſtulat & efficit. *Geſetzt, es wäre ein ſanftmüthiger Menſch; ſo wäre die Sanftmuth ſein Eigenthum, ſein eigenthümlicher Character. Nun die Sanftmuth redet aus ſeinem ſanftmüthigen Character: aus ſeinem natürlichen, eigenthümlichen Character redet er.* Sic ceperim: cum *ſpiritus dicit mendacia, tum dicit* congrua ſuæ indoli, ei propria: *es iſt ſein Character, Unwahrheit, Irrthum zu ſagen: das iſt aus ſeinem Character genommen.*

ὅτι

ὅτι ψεύστης ἐστὶ καὶ ὁ πατὴρ αὐτῦ, *das ist eine Beschreibung seines Characters: est enim indole mendaci*, καὶ ὁ πατηρ αυτȣ, & auctor & exemplum mendacii, erroris & fraudis. *Nun wollen wir das folgende lesen, und man wird den Grund davon einsehen.*

v. 45. *Ego quia veram doctrinam trado, non probor vestro assensu. Diabolus, vester parens, amat* ψευδος, *spernit* αληθειαν: *Vos meam* αληθειαν *rejicitis, ergo imitamini eum.*

v. 46.) *Quis vestrum convincere me potest peccati? Si vero veram trado doctrinam, quare vos non præbetis mihi assensum?* —

Convincere me περι ἁμαρτιας: Nunc ἁμαρτια erit Fraus & Impostura in docendo: *Dieses will er hier nicht, wer kann mir zeigen, dass ich jemals etwas Böses gethan? Es ist ja hier kein Gegensatz. Also* ἁμαρτια est *Betrug*: Igitur, *wer kann mich überführen, daß ich je durch Unterricht getäuscht habe? Wenn ich aber Wahrheit vortrage, warum verwerfet ihr sie?*

v. 47.) *Qui e Deo est, is cum assensu audit doctrinam; propterea vos non auditis cum assensu, quia non estis a Deo.*

Esse e Deo: Sicut antea: „e diabolo esse“ accipiendum est. Igitur „*Esse e Deo*“ & esse τεκνον Θεȣ, hæc omnia redeunt eodem. Igitur erit in his: „ειναι εκ τȣ Θεȣ“ *Imitari Deum. Wer Gott nachahmen will, ihn immer ähnlicher werden, der, wie Er, handeln will, der nimmt seine Lehre an.* Vos non quæritis similitudinem cum Deo, ergo doctrinam ejus repudiatis. Ειναι εκ τȣ Θεȣ, non semper est in sensu tam incluso, sed tantum h. l. Sed hoc quoque ex primæ epistolæ Joannis laudato loco multo uberius disci potest. Ut igitur hoc „eos esse liberos Satanæ“ indicabat, eos esse similes illi; ita & illud

illud „e Deo esse“ erit: Ei esse similes, Imitari eum.

v. 48.) *Ad hæc respondent Judæi: Nonne recte nos dicimus, te esse Samaritam, hominem abominandum. & te insanire?*

v. 49.) *Sed Jesus, ego, inquit, non insanio, sed potius patrem meum honoro, quamquam vos me ignominia afficitis.*

Honoro patrem meum erit in hoc: Quæ ab eo mihi demandata sunt, ea exsequor. Uti igitur ille me docuit, sic ego homines edoceo, unde etiam flagitiosos, dico flagitiosos, servos flagitiositatis, servos & liberos Satanæ: hanc enim doctrinam mihi demandavit pater.

v. 50.) *Jam equidem, non quæro nominis mei celebritatem: est tamen, qui eam quærat & judicet.*

Deus est, qui quærit gloriam, celebritatem Xsti: hoc quia non potest dici a Deo proprie; *Deus ergo quærens filii gloriam, erit:* Qui efficit, ut innotescat filii sui dignitas & auctoritas. Hoc est adjunctum. — Hoc autem efficit Deus, ut innotescat filii sui dignitas, dum multis modis comprobat, hunc esse filium suum, & legatum ad homines: Uti hoc comprobat, sic innotescit filii dignitas.

Alterum: „*Judicat dignitatem meam*“ erit in his: Contemtores dignitatis meæ punit; sed qui eam agnoscunt, me venerantur, hos præmiis ornat. Notum est, utrumque hoc esse in Deo judicante. Sic igitur κϱίνειν non male vertitur: Salvam esse vult meam dignitatem per præmia, per pœnas.

v. 51.) *Verissime vobis confirmo, si quis doctrinæ meæ obtemperaverit, eum nunquam esse moriturum, nunquam fore infelicem & miserum.*

v. 52.

v. 52.) *Judæi autem ad hæc: nunc, inquiunt intelligimus, te non esse sana mente. Abrahamus obiit, nec non Prophetæ: Tu vero dicis: si quis doctrinæ meæ obtemperaverit, is nunquam obibit.*

v. 53.) *Num tu te effers ultra Abrahamum, qui obiit? ut & prophetæ obierunt? quonam tandem loco te reponis ipse?*

Vix est, quod his addam. Num tu te efferre vis ultra hos omnes? Etenim qui dicit: „*efficiam ne moriantur homines*" is non modo se effert ultra hos, qui mortui sunt, sed omnino ultra omnes homines. Ne hoc quidem monuissem, nisi id: an tu major es Abrahamo? explicaretur a quibusdam, an tu sanctior es Abrahamo? Enim vero profecto hic non respicitur hoc: an Christus sit sanctus, an omnia sanctitatis officia expleat? nam quomodo ex verbis Christi: *Ich will machen, daß meine Anhänger nicht sterben sollen,* concludi potest, Christum de sanctitate dicere? Ergo tenendum est hoc: Num tu te ultra mortuos omnes, omnesque adeo homines efferre velis, dum dicis: faciam, ne moriantur homines?

v. 54.) *Respondet Jesus: Si nominis mei celebritatem affectem, nihili est mea celebritas: pater meus illustrat gloriam meam,* (de hoc est paulo ante dictum) *quem vos, Deum vestrum esse, dicitis:*

v. 55.) Καὶ, i. e. *Etiamsi eum non nostis,* (cum adjuncto hoc:) *non colitis; sed ego novi eum,* (cum hoc adjuncto), & colo. — Statim apparebit. *Quod si dixero, me non nosse & colere eum, similis vestrum essem mendax. Sed novi eum* (jam explicatio) *& præscriptis ejus obtempero.* Hoc facit ita, ut a patre sibi demandata exsequatur, ut munus suum diligenter prosequatur.

v. 56.

v. 56.) *Abrahamus, gentis vestræ auctor, lætabatur, expectans, se visurum esse diem meum, viditque & gavisus est.*

v. 57.) *Hic Judæi: nondum es quinquagenarius, & Abrahamum vidisti? —*

v. 58.) *Tum Jesus: confirmo vobis, antequam Abrahamus fuit, me fuisse.*

v. 59.) *Tum lapidibus sublatis, obruere eum voluerunt: Ipse vero clam discessit. —*

In v. 56. Abrahamus lætabatur, ut videret diem meum: Inserendum est necessario: lætabatur expectans, ut videret diem meum: alias est manifestus Solœcismus, nisi inseratur hoc. De hoc etiam nemo dubitat: ergo verbo monuisse satis est. De reliquo, non est tempus, quo de sensu horum verborum inter omnes sit constitutum; ut plures sint audiendi & cuique permittendum, ut sensu suo judicet. Proponam duplicem explicandi loci rationem: de ceteris verbo tandem monebo, quia non verisimiles videntur.

Prima est: „*Videre diem alicujus*" esse: Videre aliquem viventem, agentem, versantem inter homines, uno verbo, cum aliquo vivere; in quo sequuntur usum loquendi, cujus exemplum in Luc. XVII., 22. exstat. Sic integra propositio est hæc: *Lætabundum expectasse Abrahamum, ut videret viventem, versantemque inter homines Christum*, vel, cum eo viveret. Jam loquendi usu firmata propositio, illustratur & ipsa re, partim quia & alii plures V. T. viri boni expectasse & optasse dicuntur, ut sic viderent Messiam, versantem inter homines, quod est ab ipso Christo in Matth. XIII. 17. confirmatum: partim vero, quod Abrahamo de futuro aliquo insigni ex posteris ejus viro prædictum est variis modis: quod Abrahamus præter ea, quæ illi sunt prædicta, potuerit & alia cognoscere a Deo, quæ

non sint syllabatim a Mose narrata: quod Abrahamus cæteroqui probitatis tantæ vir, videatur de ejus operibus multo rectius statuisse aliis Judæis. Hæc omnia, ut opinor, tanta veri specie commendantur, ut audita vix videantur gravem dubitationem relinquere. — His ita positis, quæ sequuntur „vidit Abrahamus diem meum, jam non possunt capi proprie hoc sensu, quia non vidit Messiam, in his terris revera versantem. Unde a proprietate verborum ad tropicam significationem transitur, ut, Videre alicujus vitam, facta, conversationem inter homines" hoc sit: mente & animo videre, ante repræsentare sibi futuras res. Hoc autem est ita tritum Analogia linguarum, ut nulla sit, quæ non usurpet hoc; „*ich sehe diesen*" tropice: Mihi repræsento futuras ejus res. Ac si fuerit opus, poterit ex Ebr. XI, 13. conferri, in quo & ipso loco Abrahamus cum Sara & Isaaco dicitur vidisse futuram in cœlis urbem, i. e. mente & animo præviderunt illam futuram felicitatem, & sic eam expectarunt, lætabundi. Hoc igitur modo propositio hæc „Abrahamus lætus sibi illa repræsentavit" est tantummodo superioris repetitio in universum: *Abraham wartete mit Vergnügen, daß er mich sehen, hören, mit mir umgehen würde, und stellte es sich mit Freuden im Geiste vor.* Sic bis eadem res dicitur: sic non est reprehensio. Hæc est igitur ratio una intelligendi loci. Fateor huc usque mihi quidem visam esse hanc explicationem omnium expeditissimam, unde meo sensu hactenus semper in ea substiti.

Sed præterea: „*Videre diem alicujus*" sic etiam explicatur: Experiri ea, quæ quis facit: non quo, videas illum adspectabili modo viventem & versantem, sed quid agat, experiaris. Dies Dei est centies Opus Dei, & venit dies Dei, instat dies Dei: insigne opus operabitur Deus. Sic igitur „*diem alicujus*

vide-

videre" est Experiri opus, quod patrat alter, *Zeuge, Augenzeuge, Zuschauer der Würkungen eines Andern werden:* uti Judæi viderunt diem Dei, cum eorum urbem delevit. Sic igitur in altera parte versus manet sensus verborum hic: Vidit, expertus est opus, quod Deus patravit. Jam autem cum quæritur, qualem tandem operationem Dei vidit & expertus est, ut spectaret eum? tum in varia scinditur explicatio interpretum; & nimio arbitrio plura dicunt, ut nil me cogat assentiri. Vult alius interpres opus illud Dei, cum Gomorra cum Sodoma est excisa; nam Messiam, qui venerit in hospitium Abrahami, ex hoc profectum esse versus Gomorram, & tum urbis illius incensum esse secutum: Vidisse igitur Abrahamum ejus diem, qui ad vastandas illas urbes est profectus. Enim vero hoc opus quo tandem modo dici potest, Abrahamum vidisse cum gaudio, cum tantopere deprecaretur pœnam illarum urbium, ut, si triginta aut viginti essent in ea urbe probi homines, parceret Deus? — Volunt etiam intelligi hoc opus, quod Isaacus natus est parentibus admodum senibus, in quo esse opus divinum, non nego: tum vero rursus addendum est, eum non nisi imaginem quandam futuræ rei vidisse: uti filium sibi esse natum, ita posthac insignem quendam ex posteris ejus fore natum. — Etiamsi igitur in hac altera explicatione nihil est abhorrens a loquendi consuetudine, tamen nihil est, cur tu vel excidium Gomorræ, vel natales Isaaci evidenter doceas, ut non posset dici contra. Reliquæ vero sententiæ, propemodum auditæ, arguunt suam difficultatem & arbitrium, veluti, quod jam in Chrysosthomo est: Vidisse Abrahamum diem Dei tum, cum Isaacum in aram imposuit, & vitæ restitutum recuperavit. Jam hic multa sunt addenda, Messiam esse moriturum, in vitam esse rediturum: etsi non ego negare volo, cum

hoc ſciviſſe, tamen non certo ſcio; & quantumvis videatur a Deo inſtructus, tamen non videtur hiſtoriam Meſſiæ habuiſſe ita perſpectam, uti nos. Sive etiam tota res refertur ad viſionem, Deum per viſionem Abrahamo omnem ſeriem vitæ Chriſti declaraſſe: nonne vero hoc meo arbitrio dico? Hoc eſt arbitrium. Dixi, quæ exiſtimavi dicenda: illud, quo inclinem ipſe; alteram tamen explicationem non repudio, quanquam illi poſtpono. Quamdiu igitur verba duplicem admittunt explicationem, tam diu cujusque judicio relinquendum eſt, eligere hanc vel illam.

In v. 57. nihil eſt obſcuritatis.

In v. 58. leguntur illa, Chriſtum priorem Abrahamo fuiſſe. Monendum eſt: „*antequam Abrahamus fuit*, ἐγώ εἰμι, *ego ſum*". Præſens tempus „*Ego ſum*" eſt aperte exprimendum præterito tempore: „*Ego fui:*" Antequam ille fuit, ego fui. Hoc autem quia non tam negatur, ſed tamen detorquetur aliorſum, eſt vindicandum. Hoc conſilio conferri poteſt. Pſ. XC., 2. in quo eſt: *Eh'e denn die Berge worden, und die Erde und die Welt geſchaffen worden, biſt du:* præſens tempus „*Tu es*, per ipſam rem accipiendum eſt ut Præteritum:" *Fuiſti:* „*biſt du ſchon geweſen.*" Similiter in Jer. I., 5. *Antequam tu naſcebaris, ego te cognoſco,* pro: *ego te cognovi*, cognitum habui: Per ipſam rem ſic eſſe debet. Alia, & quoque hæc addita ſunt exempla in Bengelii Gnomone.

Sic igitur, ſi ſe dicit fuiſſe antequam fuerit Abrahamus, per ſe non eſt obſcurus amplius ſenſus, & dicitur hic aliquid, quale legimus alibi: fuiſſe Meſſiam etiam ante mundum conditum, ut & dogma, quod ineſt in hoc, nil aliud, quam quod alias, contineat. Poſtea, cum de exiſtentia antea erat ſermo, etiam hoc erit in h. l. Qui autem dicebant: „*tu*

non-

nondum es quinquagenarius, & Abrahamum vidisti" illi loquuntur necessario de existentia. Ut igitur alter mihi aliquid objicit, sic ego illi objicio: *Fui ego, antequam ille fuit.* Supersunt alia quædam, quibus huic loco alius infertur sensus. Et diversa explicatio est potissimum Samuele Crellio exornata in Initio Evangelii Joannis restituto. Ille igitur cum plerisque Socinianis hæc ita intelligit: Antequam Abrahamus fuit, ego fui Messias. Hic primum dicendum est de sensu, qualis ille est: antequam Abrahamus fuit, ego sui Messias. Igitur sic intelligit, fuisse Jesum Messiam divina destinatione, aut, divino decreto: Nam Deum ab æterno hoc decrevisse, ut aliquando Jesus Messias esset in his terris, doceret, & moreretur: Hoc igitur sensu, Jesum fuisse Messiam, antequam natus sit Abrahamus, divina destinatione & decreto: De priori illo, verba „*Ego sum*" sic esse explenda: ego sum, fui Messias. De hoc utitur v. 24. ubi etiam simpliciter occurrebat: Ego sum; sed erat illud addendum: Sum ille, quem me dico, pro quo haberi volo, sum Messias. Et hactenus potest illi concedi, verba hæc: ego sum, sic expleri: Messias, ille quem me dico, pro quo haberi volo. — Sed de reipsa: Jesum ante Abrahami natales fuisse destinatione divina Messiam, dicit, hanc sententiam nil falsi continere; esse enim omnia Dei decreta æterna, ergo & hoc „ut Jesus esset Messias, Deum ab æterno decrevisse. Nec habet hæc sententia in se aliquid falsi. — Hæc est illa explicatio, qua vir ille doctus est usus. Videamus nunc, quæ possunt dici contra. — Primo igitur intelligimus, addere virum illum aliquid, pro arbitrio suo, dum verba „ego sum" explet sic addendo: Ego sum Messias ille, quem me semper dico. Si autem quid addere volumus, debet esse caussa in serie orationis, aut in re

ipsa,

ipſa, ne per merum arbitrium addamus. Eſtne igitur in ſerie orationis quid, cur ſic determinentur verba: Ego ſum Meſſias, ille quem me ſemper dico? Non putem: immo ſeries orationis ſuadet aliquid longe aliud. Sic enim concludebam: Quod eſt in objectione adverſariorum, idem eſſe debet in reſponſione ejus, qui defendit aliquid. Sed in objectione erat hoc: Tua ætas non patitur, quod Abrahamum vidiſti, ergo in objectione negabant illud: *Du kannſt ja damals noch nicht exiſtirt haben;* Igitur in reſponſione idem eſt tenendum: Ego fui, antequam ille fuit: ſic ſenſu pari objectioni reſpondetur. Hæc de ſerie orationis. — Eſtne fortaſſe alibi cauſſa in ipſa re, cur hoc ſit ita explicandum, ego ſum Meſſias, pro quo haberi volo? Jam hic quidem ille vir doctus multos alios locos profert, quibus neceſſitatem ſic explicandi loci demonſtrare vult: verum in omnibus illis utitur eodem arbitrio ſupplendi. Hoc ſi placet, uno videamus exemplo: igitur Cap XVII. evolui poteſt v. 5. ibi ſunt preces Chriſti ad Patrem: *Redde mihi, Pater, tribue mihi, Pater, apud te gloriam, quam habui apud te, antequam mundus eſt conditus:* Filius ante mundum conditum habuit apud Patrem gloriam: exſtitit igitur ante mundum conditum. Hic vero ille verba, „*quam habui ante mundum conditum*" explicat ſic: Quam habui in mente tua, in tua deſtinatione, in tuo decreto, *ich habe in deinem Verſtande, nach deinem Rathſchluß ſchon dieſe Macht gehabt.* Sed nonne hoc additur: habui in tua mente, in tua deſtinatione? Ubi igitur eſt cauſſa neceſſaria, cur illud addatur? Certe non eſt in ſerie orationis. Ad extremum igitur, ut ceteris parcam, redit res omnis eo, quod Crellius & Sociniani ponunt, Jeſum non exſtitiſſe antequam ex Maria natus eſſet: negant enim, eum eſſe Deum. Cui igitur

bono?

bono? Huic accommodant locos alios, ubi de præexistentia Christi ante mundum conditum dicitur: referunt igitur omnia huc: *nach Gottes Bestimmung, Rathschlusse und Absicht ist das alles von Ewigkeit schon eingerichtet gewesen.* Sic igitur oritur omnis dogmatica controversia. Sed est de omni loco seorsim dicendum, ubi de præexistentia Christi dicitur. In hoc Evangelio vero multa dicuntur de Christo, de filio Dei tam multa, ut perquam difficile sit aliter explicare ea, quam de præexistentia Christi; & Jesus de se, omnia Patris consilia tenente, qui eum viderit, audierit, in cujus sinu fuerit, tam multa dicit, ut perquam difficile sit, ex hoc Evangelio delere hanc sententiam, Jesum exstitisse ante mundum conditum. — Denique si Jesus hic nihil aliud dixit, quam quod opinatur Crellius, dixit idem, quod de Jeremia, Paulo & Prophetis legimus scriptum, & quod unus quilibet nostrum dicere potest de se. Est in Jerem. I, *antequam tu natus es, ego te sanctificavi,* i. e. elegi te Prophetam, ministrum meum: Paulus in Epistola ad Romanos & ad Galatas dicit, Deus me elegit ministrum suum: *In Gottes Verstande ist von Ewigkeit dieses gewesen: Jeremias und Paulus sollen dereinst Lehrer und Diener Gottes seyn.* Et nonne quilibet nostrum sic dicere potest: antequam Abrahamus fuit, ego jam fui: quod sum, scio, scil. ex destinatione divina. Sic igitur si nil aliud dicitur; non apparet, cur ira Judæorum post hæc verba potuerit tantum exardescere, ut etiam lapides putarent in Jesum esse conjiciendos. Hoc dixerat antea & sæpe: responderunt vero illi, eum insana loqui. Nunc addidit hoc: *das schadet nichts, daß ich noch nicht 50 Jahr alt bin.* Nonne videtur singulare quid dicere? Id quod extremo loco volui, saltem æquitatem judicii continet. — Jam quæ sequun-

quuntur iracunde facta, non videntur satis cum hoc componi posse. Nunc dicitur:

In v. 59. Sic illos sustulisse lapides, quos in Jesum conjicerent. Jesus vero ἐκρύβη, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, *occultatus est & abiit e templo.* — Notus est Ebraismus hic: Occultatus est & abiit, pro: occulto abiit, nemine animadvertente, clam abiit. — Reliqua διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν &c. poterunt includi, ut verba haud dubie spuria, quæ absunt tam a libris bonis scriptis quibusdam, quam a Vulgata & ceteris Versionibus latinis. Videntur igitur temporis successu addita fuisse & non esse genuina.

CAPUT IX.

v. 1.) *Jam quum progrederetur ulterius,* (ex hoc verbo poterit comma illud „και παρῆγεν οὕτως" intelligi) *cum igitur ulterius progrederetur, vidit quendam, qui inde a natalibus cæcus fuit.*

v. 2.) *Tum discipuli eum sic interrogarunt: Uter peccavit, hiccine aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur.*

v. 3.) *Respondet Jesus: neque hic, neque parentes ejus; sed ut appareant opera Dei in homine illo, ut Deus in hoc homine aliquod opus patret.*

De prioribus nihil est addendum, nam hæc sponte intelliguntur. Ἁμαρτάνειν est hic Peccando promerere. Utrum peccando promeruit hanc pœnam? adeoque hanc cœcitatem spectant ut pœnam peccati. Jesus autem manifeste negat, hanc spectandam esse ut pœnam peccatorum, & addit hoc: ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ. „*Opera Dei*

in

in homine manifestantur" habent hæc verba hunc sensum: Apparet, quod Deus homini & velit & possit aliquid exhibere. Sic opera Dei in nobis omnibus manifestantur. Jam paullo post huic homini cœco videndi vis & beneficium tribuitur: & hoc est opus Dei, illa miraculosa videndi vis reddita illi homini. Igitur in hoc homine opus Dei est manifestatum, apparuit, quomodo beneficio aliquo exhilararet hunc hominem. Postea: homo ille natus est sic, ut apparerent illa opera: profecto non ideo, ut possent miracula patrari, cœcus est, *daß dies der alleinige Zweck und Absicht bei dem Unglück des Menschen gewesen. Es sähe ja aus, als wenn Gott dies und jenes Unglück müsse geschehen lassen, daß er Gelegenheit habe, Wunder zu thun.* Hoc esset Deo indignum. Ergo illud: „ινα φανεϱωϑη τα εϱγα τȣ Θεȣ εν αυτω" eventum & effectum exprimit, adeoque dicit, hunc hominem videri natum esse, ut eventu appareat, quomodo exhilaret h. l. alios miseros suo beneficio. Sic convenit cum suo regimine & providentia.

In v. 4.) *Me oportet facere opera ejus, qui me misit, quamdiu dies est: ingruet nox, quo tempore nemo potest quid agere.*

v. 5.) *Dum in hac terra versor, sum lumen generis humani.*

In primis verbis εϱγα τȣ πέμψαντός με, manent in eodem sensu, quo in superioribus. Jam Jesus facit opera Dei, imitatur Deum. Uti igitur Deus per opera sua exhilarat homines miseros, — *so offenbaret er sein Werk an unglücklichen Menschen* — sic Jesus etiam beneficio & auxilio exhilarat miseros, sic imitatur Patrem, & sic idem illud dicitur hic, quod in Capite 17, jam legimus: *mein Vater wirket, ist immer thätig; ich wirke auch,*

bin

bin auch immer thätig. Hoc igitur est faciendum, debeo homines beneficiis miraculosis etiam adjuvare, ubi occasio est, quamdiu dies est, quamdiu vivo. Allegoria hæc est nota. Ingruet nox, eripiar ex hâc terra. Ad mortem respicit hic. De nocte addit: in qua nemo potest quid agere. — Adplicatio: — Igitur cum ego sublatus sum ex hac terra, hominibus opitulabor non amplius beneficiis miraculosis. *So lange ich lebe, muß ich meinen Vater nachahmen in seiner wohlthätigen Weltregierung.* Addit:

v. 5. *Quamdiu sum in hac terra, sum lumen generis humani*, i. e. doctor generis humani. Addamus hoc: edocuit homines, dum iis propositiones, dogmata tradidit; sed etiam per facta & opera. *Also wenn er ein Wunder thut und sagt: dies wäre ihm von Gott aufgetragen; so sagt er:* quamdiu sum in hac terra, debeo illustrare animum ejus, ut Deum cognoscat omni ex parte.

Quæ sequuntur, sunt facillima pars Evangelii Joannis

v. 6.) *Hæc locutus exspuit humum, fecitque e sputo massam & inunxit massam oculis cæci.*

v. 7.) *Eique dixit: abito, lavator in piscina Siloam, quod verti potest missus. Abiit & lotus est, & discessit domum, accepta facultate videndi.* — ηλϑε, i. e. discessit domum ad parentes.

v. 8.) *Ergo vicini & quicunque eum antea viderunt, quod fuisset cæcus, dixerunt: nonne hic est, qui sedere & mendicare solebat?*

v. 9. *Alii dixerunt: est ille homo: alii vero: similis ei est. Ille dixit: ego sum ille.*

v. 10.) *Quærebant igitur ex eo, quonam modo oculi tui sunt aperti?*

v. 11.

v. 11.) *Respondit ille: homo, qui dicitur Jesus, massam fecit inunxitque meis oculis, & me jussit abire ad piscinam Siloam & lavare: abii ergo & lotus accepi vim videndi.*

v. 12) *Dixerunt igitur: ubi est ille? Respondet: Nescio.*

v. 13) *Tum ducunt eum ad pharisæos, qui fuerat antea cæcus.*

v. 14.) *Erat autem Sabbatum, cum Jesus fecisset massam illam & oculos ejus aperuisset.* —

Sic igitur & hoc in calumniam vertebatur. Nunc sequitur, quod a Pharisæis in ipso Synedrio factum est. —

In v. 7. Cum ibi commemoratur Siloam, cum versione: *ἀπεςάλμενος*, Missus; erant verba hæc. *ἡ κολυμβήθρα τȣ Σιλωαμ*, *der Teich des Gesendeten*. Primo igitur verbum Siloam comparandum erit cum hebraico שָׁלַח, cujus Participium Paul est שָׁלוּחַ, Missus. Quod hebraicum verbum in dialecto Syro — chaldaica, qua tunc utebantur Judæi, sic est mutatum, ut Schiloam fieret, *nach der veränderten Aussprache.* Deinde *Missum* poterimus intelligere *Missam aquam. Missa vero aqua erit, quæ ex piscina derivata est per tubos aut fistulas in urbem.* Igitur quod antea erat sine sensu: *der Teich des Gesendeten*, id nunc erit: *der Teich des abgeleiten Wassers.* Igitur fuit ante urbem piscina, e qua per tubos in urbem derivata est aqua. Hæc videtur esse *κολυμβηθρα τȣ Σιλωαμ.* cf. Ligtfoothii horæ hebraicæ ad Joan. V., 1. ubi multa alia, quæ ad hanc rem pertinent, sunt collecta, ut idea piscinæ missæ satis possit intelligi.

Sanatus est ille coecus massa, e sputo ejecto in terram, facta. Illius cum scriptor ipse caussam addiderit, cur sic potissimum Jesus sanaret; nos hujus rei caussam reperire non possemus, si non indicata esset ab eo. Nam, in caussis rei indagandis, nil ingenio magis quam judicio dicitur.

Unum addam: annon videtur in hoc externo apparatu esse quaedam demonstratio iniquitatis Judaeorum permagnae erga Christum? Nam quia haec res acciderat die Sabbathi, tracta est illa in Christi vituperium & crimen violati Sabbathi. Jam nil est in omni narratione, in quo vel umbra sit occupationis, praeter hoc, quod ejecto sputo fecit massam. Sed haec levicula occupatio, ne nomine quidem occupationis erat digna. Cum igitur propter tam leviculam occupationem offendebatur iniquitas Judaeorum, qui arriperent id ut crimen laesi Sabbathi, in quo erat levicula occupatio; relinquebatur igitur: quicquid hic carpebatur, id esse vituperium omnipotentiae divinae. Sic igitur in ipsa re non est vituperium, est enim levicula occupatio, & tamen vituperatur, ut crimen laesi Sabbathi. Igitur re cogitata demonstratur hoc modo calumniantibus iniquitas. —. Sed haec versantur tantum in mera conjectura: tamen indigna non sunt in ipsa re. — Sic progrediamur ad v. 15. Fuerat autem homo ille adductus ad Pharisaeos in v. 13. sive, in Synedrium, in quo sunt omnia gesta, quae sequuntur.

v. 15.) *Hi igitur Pharisaei, hominem illum denuo interrogarunt, quonam modo visum recuperasset, Ille vero respondet: massam imposuit oculis meis: ego vero, postquam lotus eram, vim videndi accepi.*

v. 16.) *Hinc quidam Pharisaeorum: vir ille, Christus, inquiunt, non a Deo missus, quia Sabbathum violat.*

Vio-

Violaverat igitur sic, quod massam inunxerat oculis. — *Sed alii objecerunt: quomodo potest homo flagitiosus ejusmodi miracula patrare? Sic fuit inter eos de Christo dissensio,*

v. 17.) *Rursus interrogant cæcum: tu quid nam dicis de illo? an, quod oculos tibi aperuit? Manesne in eo? Ille respondet: ego dico, eum esse prophetam.*

v. 18.) *Non crediderunt Judæi hunc hominem fuisse cæcum, & vim videndi accepisse, usque dum parentes ejus adesse jusserunt in Synedrio.*

v. 19.) *Hos igitur interrogarunt: Hiccine est filius vester, quem dicitis natum esse cæcum? quonam igitur modo vim videndi accepit?*

v. 20.) *Ille parentes responderunt: Scimus, hunc esse filium nostrum & natum esse cæcum:*

v. 21.) *Quomodo nunc videndi vim acceperit, id nescimus: aut quis illi aperuit oculos, nos nescimus. Ipse habet maturam ætatem, ipsum interrogate, ipse potest de se testimonium perhibere.*

v. 22.) *Hæc dixerunt parentes ejus ex metu Judæorum. Jam convenerat inter Judæos, si quis Jesum profiteretur Messiam esse, ut hic ejiceretur.*

v. 23.) *Propterea parentes dixerunt: ipse habet maturam ætatem, ipsum interrogate.*

In v. 22. Ἀποσυνάγωγος γένηται: omnia satis sunt nota. Ergo is est ἀποσυνάγωγος, qui non modo excluditur conventu Synagogæ, sed prohibetur omni publicarum ceremoniarum usu: tum, qui omni consuetudine & familiaritate excluditur cum omnibus hominibus, vel ut Judæi loquuntur, qui nunc est instar pagani & portitoris, cum quo ne edere, bibere

&

& converſari volunt. — In quam rem licebit Matth. XVIII, 15. conferre: Aut ſi quis plura ſimul ex antiquitate cupiat, reperiet in Vitringa de Synagoga, vel, in Seldeno de Synedriis, Libr. I., c. 7.

v 24) *Ergo Aſſeſſores Synedrii hominem illum, qui fuerat cæcus, ſecundum comparere juſſerunt, eique dixerunt: exhibeas Deo honorem.* — Addendum eſt: & veram dicas cauſſam in honorem Dei. — *Nos ſcimus, eum virum, Jeſum, eſſe* ἁμαρτωλόν, *impoſtorem.*

v. 25.) *Ille vero reſpondet: an ſit impoſtor, id neſcio: unum ſcio, me quondam fuiſſe cæcum, nunc vero videndi vim habere.*

v. 26.) *Interrogarunt eum denuo, quonam modo aperuit tibi oculos? quid fecit tecum?* Semper ſunt cupidi cognoſcendi illius, an occupatione ſanaſſet die Sabbathi.

v. 27.) *Ille reſpondet: jam dixi vobis, ſed non aſſenſum præbuiſtis. Quid rurſus vultis audire? Num vos vultis ejus Diſcipuli fieri?*

v. 28.) *Tum convitiis illum proſciderunt & dixerunt: tu es diſcipulus ejus: nos vero Moſis diſcipuli ſumus.*

v. 29.) *Nos ſcimus, Deum cum Moſe eſſe locutum*, vel, Deum inſtruxiſſe Moſen mandatis peculiaribus, aut, Moſen juſſu Dei veniſſe ad majores noſtros; *hunc vero neſcimus, unde ſit.*

v. 30.) *Jam homo ille*: ἐν γὰρ τούτῳ θαυμαστόν ἐστιν &c.

Præmittam, ἐν τούτῳ eſſe hic: Hac ex parte, hactenus: quod legitur plene: ἐν τούτῳ τῷ μέρει, hactenus, hac ex parte 2 Cor. III., 10. & 1 Petr. IV., 16. — Videamus nunc de reliquis: *Mirum ſane eſt hactenus, vos neſcire, unde ille ſit*, καὶ, i. e.

i. e. *cum tamen ille mihi vim videndi concesserit*, cum miraculum in me, in meo corpore ediderit.

v. 31.) *Jam vero scimus, Deum non audire preces flagitiosorum, sed si quis sit pius erga Deum eique obediverit, hujus preces audit*, huic adest auxilio suo.

Igitur hic homo, qui loquitur & qui hic maxime spectatur, indicat, se habere Jesum pro divino legato, qui auxilium Dei sibi expetat ad patranda miracula. Igitur dicit: Si esset flagitiosus, non audiret eum Deus. *Es würde Gott sein Gebet nicht hören, wenn er ihn um Beystand zu seinen Wundern anflehet.* Nunc audit eum Deus, igitur est pius. Accedit, quod Jesus sæpe in miraculis patrandis fecit a precibus initium.

v. 32.) *Inde ab initio humanarum rerum non est fando exauditum, aliquem cæco nato dedisse vim videndi.*

v. 33.) *Nisi igitur ille a Deo esset missus, non posset tale quid patrare.*

v. 34.) *Hic Pharisæi:* ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος.

Quid erit illud: *Tu es totus in peccatis*, aut, cum peccatis natus? Explicem sic: Tu quantus quantus es, homo es longe pessimus, *ein gebohrner Böseswicht*. Si vero hoc nunc ut convicium communis vitæ ponitur, facile inde intelligitur, quid per usum loquendi sit intelligendum, *in Sünden gebohren seyn:* ut indicet, quod nos dicimus, *ein gebohrner Böseswicht*. Fortasse nunc hoc monuisse, aliis in locis proderit: h. l. est valde perspicuum. Descriptio summæ flagitiositatis est. — Tu igitur cum talis sis, audes nos docere de precibus, quem Deus audire aut non audire soleat? Sic igitur eum ejecerunt e Synedrio, & sic ἀποσυναγωγόν faciunt eum. —

v. 35.)

v. 35.) *Audivit igitur Jesus, hominem illum fuisse excommunicatum: — Cum igitur alicubi eum reperisset, sic interrogavit: Credisne tu in filium Dei?*

v. 36.) *Respondet ille: quisnam est, Domine, ut in eum credere possim?*

v 37.) *Tum Jesus: & vidisti eum, & qui tecum loquitur, ille est.*

v. 38.) *Tum vero ille: credo; Domine, & sic pronus in faciem eum venerabatur.* —

In v. 37. Jesus dicit homini: *Et vidisti filium Dei, & qui tecum loquitur, is est, Vidisti:* quomodo viderat, erat antea cœcus? ergo restringendum est ita: Hoc ipso momento vidisti eum, *in den wenigen Minuten, da ich mit dir rede, hast du ihn gesehen.* — His addit Jesus in v. 39. εις κρίμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον &c. Singula sunt per se nota, igitur non vertam, Quæ restant tantum videamus.

v. 39.) Jam igitur hæc: εις κρίμα &c. vertamus sic: *adeo in has terras veni, ut suum cuique tribueretur.*

Hæc sit interea judicii explicatio: sed sunt in utramque partem commoda & incommoda. Deinde: Cœcos h. l. esse Inscios manifestum fit e v. 40. extremo, ubi Pharisæi interrogant: *num nos quoque cæci sumus*, i. e. ignari, inscii? Igitur, ἵνα μὴ βλέποντες, *cæci vim videndi accipiunt*, — tropice — ignari edocentur. Deinde οἱ βλέποντες, τυφλοὶ γένωνται, *scientes, Docti fiunt Inscii.* Sed hoc eget rursus limitatione: Docti, qui sibi videntur satis docti, fiunt inscii, arguuntur inscientiæ, Tumidi sua eruditione arguuntur suæ inscientiæ. — Hæc erant singula: nunc nexus propositionum est videndus. — Veneram in has terras, ut suum cuique tribueretur. Quid tribuitur? Inscii edocentur, Tumidi

doctri-

doctrina ſua arguuntur ignorantiæ. *Freylich iſt es nicht Strafe und Belohnung, freylich iſt es nicht Gericht im ſtrengſten Sinn, Ausübung der Gerechtigkeit: es iſt, wie gedacht*, commodum & incommodum.

Deinde: veneram ideo, ut commoda & incommoda tribuerentur hominibus, ſcil. hoc fuit conſilium Chriſti qua doctoris, ut inſcientes edocerentur & arguerentur tumidi ſcientia ſua.

In v. 41. Ἐι τυφλοὶ ἦτε, ὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν. *Habere peccatum* eſt hic Habere culpam, Eſſe reum culpæ & pœnæ. *Et ſi eſſetis inſcii, nulla eſſet veſtra culpa: Wenn ihr mich verwürfet, weil ihr mich nicht kennt, ſo gereichte es euch nicht zur Schuld. Nunc vero dicitis: nos ſumus docti: Igitur manet vobis culpa.* De illo autem: „ἔχειν ἁμαρτίαν" *ſchuldig ſeyn, Schuld haben"* poteſt conferri, Cap. XV., 24. & XIX., 11. — Relegemus locum, qui vero vix ſine paraphraſi ſatis commode poteſt intelligi, inde a v. 39. „Dixit Jeſus: Veni in has terras ideo, ut ſuum cuique „tribueretur, — *das iſt unbeſtimmt, alſo muß „man die Beſtimmung im Folgenden erwarten* — „hoc eſt, ut homines inſcii & ignari edocerentur „meliora, & ut tumidi ſua ſcientia arguerentur „ignorantiæ. Quod cum Phariſæi, qui cum Jeſu „erant, audiviſſent, dixerunt: num nos quoque „tu refers inter inſcios & ignaros, qui per te ſint „edocendi & inſtruendi? Reſpondet Jeſus: ſi eſſetis „in numero inſciorum hominum, nulla eſſet veſtra „culpa. Jam vero jactatis veſtram eruditionem in „cauſſa religionis; igitur culpa illa vobis manet, premit vos in poſterum." —

Cum hoc ſermone procurrit caput ſequens.

CAPUT X.

Hoc caput cum antecedenti cohæret ita, ut unus idemque sermo contineatur. Proxime dictum erat de Pharisæis, qui sibi videbantur periti, cum tamen essent ignari Christi doctrinæ. Unde multa nunc de pastoribus bonis & malis dicuntur; facile vero apparet, referri omnia ad doctores, quales erant Pharisæi. Locus ipse est hic:

v. 1.) *Confirmo vobis, eum, qui non intrat per januam in ovile, sed alibi scandit, esse furem & latronem:*

v. 2.) *Eum vero, qui per janaum intrat, pastorem esse ovium:*

v. 3.) *Cui janitor fores aperit, cujus vocem attendunt oves: qui oves nominatim vocat, & in pascua educit.*

v. 4.) *Qui ubi eas eduxit, anteit gregem, quem oves sequuntur, quia vocem ejus norunt.*

v. 5.) *Alienum vero non sequuntur, sed fugiunt potius, quia vocem ejus non norunt.*

v. 6.) *Hunc allegoricum sermonem cum Christus ad eos habuisset, non intellexerunt illi, quid inesset, quod dixerat.*

v. 7.) *Unde rursus Jesus dicit: confirmo vobis, me esse januam ovium, quæ ducat ad oves.*

v. 8.) *Omnes, qui ante me venerunt, sunt latroni & furi similes, sed oves non attendunt eum.*

v. 9.) *Ego sum janua: per me si quis intrat, felix erit, vivet mecum fortunatissimus.*

In v. 1. occurrit illud: *per januam intrare in ovile.* Non igitur est quærendum, quænam sit intelli-

telligenda janua, cum infra bis, in v. 7. & 9. dixerit Christus, se intelligendum esse, ubi dicat januam. Jam cum oves haud dubie sint cœtus Christi, ut ex omni reliquo sermone intelligitur, quid erit illud: ad cœtum Christi intrare, per januam: hoc est: per Christum? Hoc erit: a Christo institutum & edoctum offerre se cœtui ejus doctorem. Neque enim apparet:

1) quomodo possim aliter ad Christum intrare, nisi referas hæc ad doctrinam, qua est utendum necessario.

2) „intrare per cœtum" ad doctores est referendum, quia antea, Capite superiori, de doctoribus dicebatur, & in reliquo omni loco de illis porro dicitur. Ergo doctor intrans in ovile est se offerens cœtui, suscipiens munus doctoris in illo cœtu. Jam non explico illud: *„qui scandit alibi est fur & latro"* nam per se apparet: non edoctus est a Christo, non utitur Christi doctrina, cum suscipit munus doctoris. — Prædicatum: *hunc esse latronem & furem*, indicabit, *hunc esse noxium cœtus doctorem.*

In v. 3. & 4. describitur jam boni doctoris boni pastoris indoles; in quo loco nonnulla urgeri non debent, quæ ad Allegoriæ dilatationem & exornationem tantum pertinent. Talia sunt hæc, quod pastor dicitur vocare oves suas nominatim, in quo in universum hoc inest: Bene cognitas eas habet, novit cœtum suum, quibus rebus illi opus sit, quomodo curanda sit ejus salus.

Nec urgendum est in v. 4. *„cum gregem eduxit, anteit illum:"* Non opus est, ut doctor nominatim præeat, igitur in eo versu est: gerit se ducem gregis manuductione, impertit illi beneficia.

Hoc, *quod pastori bono janitor aperit fores*, rursus non videtur nimium esse urgendum: nam mutemus hoc: *„der Thorhüter macht ihm auf"* in

 im-

impersonale: Aperitur illi, *man macht ihm auf*, quia bonus pastor est. Grex ille est hic Christi cœtus: pastor dicitur intromitti in illum cœtum, quid relinquitur, nisi: Christus vult hoc doctore uti, hunc non repudiat? In universum si quis tamen scire necessario velit, quis sit janitor, is poterit intelligere Christum ipsum: hic intromittit doctores. — Relegamus v. 3. & 4. hoc animo, ut Allegoriæ dilatationem esse putemus, quæ boni pastoris indolem per similitudinem vitæ communis exprimit:

„Qui est bonus pastor, huic panduntur fores,
„hujus vocem oves attendunt, nominatim vocat oves,
„educit in pascua; ubi eduxit eas, anteit gregem, &
„grex sequitur eum, nam vocem ejus novit."

In hac omnia hæc eveniunt modo adspectabili. Nonne hoc esset in universum; *der wird zugelassen, er sorgt für die Heerde, die Heerde kennt ihn*, de doctore: Christus vult hoc doctore uti, gregem curat, grex illum redamat? — Plura non insunt. — In verbis unum in v. 4. erit addendum: ὅταν τὰ ἴδια πρόβατα ἐκβάλῃ: *ejecit gregem suum; ejicere* erit Emittere in pascua: partim enim in superiori versu erat Synonymum „ἐξάγειν", partim etiam alibi simpliciter est Emittere aliquem, ut, si opus sit exemplo, conferri potest Matth. IX., 34.

In v. 6. hic sermo Christi dicitur παροιμία. Etsi παροιμία autem est vulgo Proverbium, — qui significatus hic non est aptus —; tamen in Græca V. T. versione παροιμία exprimit Verbum מָשָׁל unde מִשְׁלֵי הַשְׁלֹמֹה dicuntur Salomonis Proverbia. Sed hoc מָשָׁל indicat quemlibet sermonem, cujus sensus est reconditus & paullo obscurior, uti in Proverbiis Salomonis multæ tales sunt sententiæ acute dictæ,

dictæ, Allegoriæ, Similitudines: Tales sunt παροιμίαι, quarum sensus non illico in oculos incurrit propter aciem ingenii. — Sed superior locus fuit manifeste Allegoria aliqua: dicebatur de grege, de pastore, & intelligebatur doctor & cœtus: Ita nunc παροιμία erit *Allegoria*.

In v. 7. igitur ponitur illud: *Christum esse januam, per quam intretur a nobis*, & sequitur: *omnes, quicunque ante me venerunt, & fuerunt, furum instar sunt & latronum.* Hæc vero „*omnes, qui ante me venerunt*" sunt sane ambigua, quia non additur: quatenus? Unde sunt tot diversæ horum verborum explicationes. Quod si v. 7. arcte cum v. 8. jungamus, videbimus: an fortasse sic determinatio aliqua reperiri possit. Sed ea in v. 7. *Christum esse januam*, per eum intrandum, ita ut ejus doctrinam scias, sequitur: *qui ante me venerunt*, — hic addendum est: ut non intrarent per me tanquam januam: sic intelligentur illi, qui ante Christi tempora se gesserunt tales doctores, qui repudiarent verum Messiam — hoc repetamus: incidebamus in verba ambigua: non enim addebatur, quatenus? quærebamus superiori versu nexum cum hoc, ubi se dixerat januam. Jam addit: *qui ante me venerunt:* illud repeto: venerunt ita, ut per me tanquam januam non intrarent, ut non uterentur mea doctrina, ut me Messiam nescirent & repudiarent: prædicatum autem „*hos furum latronumque similes fuisse*" manet ut antea: Hi fuerunt noxii doctores, *denn sie kamen so, daß sie den Messias nicht kannten, oder auch verwarfen.* Semper lecto loco mihi obversatum est, annon respiciatur ad hos simul, qui ante tempora Christi venerunt sic, ut se appellarent Messiam, ut ipsi vellent dici haberique Messias. Et horum hominum exempla poterant esse

Chri-

Christi auditoribus in memoria. Unum narrabo Judam Galilæum, qui extremis Augusti Cæsaris annis, igitur paulo ante hæc tempora Jesu, qui dum prodiit, & voluit Messias videri, collegit magnam turbam, ut & sic intelligatur, tales esse noxios gregi. Et alia exempla Pseudomessiarum, qui ante Christum venerunt, sunt in Capelli historia Judaica collecta p. 170, quæ ad calcem exstat historiæ Apostolicæ, a Capello scriptæ.

Superest unum, an verba „πρὸ ἐμοῦ" sint genuina? Ergo absunt a maxima parte Codicum, item a Versionibus latinis & Vulgata & antiquiore illa Itala. Ubi autem leguntur, leguntur fere sic: ὅσοι ἦλθον πρὸ ἐμοῦ, ut his de caussis videatur additum esse recentiori ætate. Cum hoc videretur ambiguum „ὅσοι ἦλθον", additum est hoc: πρὸ ἐμοῦ. Illud igitur „πρὸ ἐμοῦ" si vel maxime est ambiguum, tamen ob ipsam rem est addendum & intelligendum, etsi non mutat sensum.

In v. 9. *Si quis per Christum intraverit, ille felix erit.* Hæc felicitas nunc per imagines adumbratur: *Intrabit & Exibit:* phrasis est nota. Hinc est illud adjunctum: Mecum erit familiaritate multa conjunctus: Felix erit, *er wird bei mir aus- und eingehen, er wird mein Freund und Bekannter seyn*, ornabo eum beneficiis. Tum additur: *pabulum reperiet*, i. e. bonis fruetur. Hæc omnia nunc sunt de doctoribus & pastoribus capienda, etsi de Christianis etiam aliquo modo dici possunt. —

v. 10) *Fur non venire solet, nisi ut furtum faciat, & mactet & perdat: ego autem veneram, ut felicitatem acciperent, & abundantiam acciperent*, i. e. abundantissimam felicitatem.

Jam hic sermo alia ratione explicatur.

V. 11.

v. 11.) *Ego sum bonus pastor: bonus pastor vitam suam deponere solet pro grege;*

v. 12.) *Sed mercenarius, qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, aufugit, & relinquit oves; & lupus rapit oves, & in fugam dare solet eas.*

v. 13.) *Sic mercenarius fugit, quia mercenarius est, nec curam gerit ovium.*

v. 14.) *Ego sum bonus pastor, qui novi meas oves, uti cognoscor ab illis.*

v. 15.) *Sicuti cognoscit me pater, ita & ego cognosco patrem, & vitam meam pro ovibus repono.*

v. 16.) *Habeo & alias oves, quæ non sunt ex hoc stabulo: etiam has oportet me adducere, & hæ audient vocem meam: Sic fiet tandem unus grex, unus pastor.*

In universum hæc non sunt difficilia, igitur pauca addam.

In v. 11. commate posteriori, hæc propositio: „*bonus pastor vitam pro ovibus deponere solet*" est ex vita communi deprompta, *ein guter Hirt läßt auch wohl sein Leben für die Schaafe.* Ergo non est emphasis in articulo duplicato: ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς. *Es ist ein Erfahrungssatz.* Si ergo neque hic est emphasis, etiam nec in commate superiori: ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς. Et hoc volui monere. Quasi articulus duplicatus hanc efficeret! Non nego, multa prædici in Prophetis de pastoribus; sed nunc h. l. tantum est: *ich gleiche einem guten Hirten: ein guter Hirte läßt wohl sein Leben für die Schaafe.* Potest per me respici ad Ezech. XXXIV., ubi sunt multa de pastore. Quærebatur tantum, num articulus duplicatus emphasin efficiat, an sit simpliciter ex vita communi?

Ve-

Veniamus ad v. 14. ubi occurrit: *novi meas oves, & ab illis cognoscor. Das muß man allezeit verbinden, die beiden Kommata; so findet man die Sprache des gemeinen Lebens:* Ille novit me, & ego novi eum. Quid hoc est in vita communi? Est inter nos mutuus amor, mutua amicitia. Tantum igitur & hic ponitur: sum bonus pastor, inter me & gregem meum est mutua amicitia. — Sic in v. 15. *Ego cognosco patrem, sicuti pater me cognoscit*, est inter me & Patrem mutuus amor. Uti inter me & Patrem est mutuus amor, sic etiam inter me & gregem. —

In v. 16. *Habeo oves alias, quæ non sunt ex hoc ovili.* Ex hoc: — Intelligendus est cœtus Judaicus: in hoc enim Christus hactenus vixerat & docuerat, ex hoc voluerat sibi colligere cœtum. Hoc docet historia. Sic igitur aliæ nationes, quæ non sunt e Judaica natione, erunt pagani, qui paulo post adducuntur ad cœtum christianum. Illos paganos oportet me adducere. Illi audient vocem meam. Sic fiet *unus grex & unus pastor*, ex Judaica & pagana natione fiet mixta ecclesia una sub uno Domino. —

v. 17.) *Pater autem me propterea amat, quia vitam meam depono, ut eam recuperem,*

v. 18.) *Nemo mihi eam eripit, ego eam ipse depono: habeo potestatem deponendæ vitæ: habeo etiam potestatem recuperandæ vitæ: hæc mandata a patre meo accepi.*

Nemo eam vitam mihi eripit, nemo me cogit, ut pro grege moriar, ne pater quidem me cogit, ut pro eo moriar: ego vitam depono, sponte morior, sponte in me hoc suscepi, ut vitam deponerem. *Eben dieser Begrif von Willkühr und Freyheit muß nun auch in dem Folgenden ausge-*

gedrückt werden: Habeo potestatem deponendæ vitæ, est in meo arbitrio, *ich bin nicht dazu gezwungen: Habeo potestatem recuperandæ vitæ*; ut sponte vitam depono, ita sponte eam recupero. *Freywillig gebe ich mich dahin, freywillig werde ich aber auch wieder auferstehen, um zu zeigen, daß ich zu einer gewissen Absicht sterbe.* Uno verbo, indicare vult: quicquid in vita & morte agere velit, id pendere a sua voluntate. Ego vitam depono, *dazu habe ich mich entschlossen. Was folgt? Propterea me pater amat, er siebt, daß ich mit ihm so einstimme. Er will das Wohl der Sünder; ich will es auch. Nun sagt Gott: dein freywilliger Tod gefällt mir: warlich du sollst wieder erweckt werden.* — Ubi igitur in tali re utitur verbis talibus, qualia sunt in hoc v. 18., describit haud dubie, se a nemine cogi, sed se agere sponte & libere. Per hæc recluditur sensus ultimorum verborum: ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ τȣ̃ πατρός μȣ. Itaque non potest esse εντολη, *Jussum*, quod stricte dicitur, Jussum superioris, cui resisti plane nequeat, aut sit simpliciter obediendum. Præcesserat enim illud, Christum agere sponte, ut adeo non dici possit, se non resistere posse: Sed erit εντολη latino sensu Mandatum, *der Auftrag*, quod multum differt a jussu strictiori sensu, ut dicat, se hoc in mandatis accepisse a Patre, *mit diesem Auftrag bin ich in die Welt gesandt*, ut morerer & resurgerem deinde. Cui adjungitur: se in omnibus his libere agere. Comparemus e Cap. XIV, 30. 31. *Non multa sunt, inquit, quæ vobiscum in posterum loquar: invadit enim me adversarius, sed non prævalebit; verum surgite, discedamus ex hoc loco*, sive, verum obviam nunc ibo morti, abeamus ex hoc loco, ut intelligat humanum genus, me Pa-

trem

trem amare, &, uti ille mihi mandavit, ſic agere. *Ich will nun dem Tode entgegen gehen, damit man ſieht, daß ich auch aus Liebe zum Vater ſeinen Auftrag ausrichte.* Ita igitur in hoc: „ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ του πατρός μȣ" nil aliud eſt, quam, quod centies legitur: Pater me miſit, ut hoc agerem aut paterer, dedit mihi hoc munus, demandavit mihi hoc negotium exſequendum. Unum addam, ſi non de verbis & interpretatione, tamen de opinione aliqua. Facile ſcilicet apparet, ea omnia, quæ in vituperium mortis Chriſti dicantur, per hunc locum fieri vana. Dicitur autem in vituperium mortis Chriſti, tanquam Deus injuſte egiſſet erga filium ſuum, qui juſſiſſet eum ſimpliciter mori pro hominibus & perpeti pœnas. At enim vero ubi eſt aliquid de jubendo, de ſimpliciter jubendo? Cur negligimus illud, quod diſerte dicitur: Sponte ſe hæc agere, ſe ſuſcipere libere mandata, ſibi a patre tradita & injuncta? Propterea & hic locus & alii loci monent, non coacte illam mortem a Chriſto eſſe toleratam: omnia ſunt hic plena amoris: Ego ſponte facio, ergo Pater me amat. Ego hoc ita facio, ut declarem me amore erga patrem eſſe plenum. Quicquid hic fit, id fit amoris declarandi cauſſa. Et poſtquam hæc facta ſunt, filius dicit, ſe amari a Deo. Ab omni calumnia duritici, injuſtitiæ & crudelitatis hic omnia abſunt, amoris declarandi cauſſa hæc omnia fiunt. Hæc evidenter & diligenter inculcanda ſunt hominibus, & poſſunt quoque multo cum ſenſu, cum animi motu dici ita pro concione. Certe ſic efficietur, ut arbitror, plus, quam ſi Deum iraſcentem, crudelem punire volentem, filiumque ſuum multis modis cruciantem, deſcribamus.

De univerſo hoc loco, quoad Allegoriam, illud monebo: Videmus in ſermone illo, Chriſtum

modo

modo se appellasse Januam, modo Pastorem gregis, modo Dominum gregis & Possessorem — quod erat in v. 12. — *Mercenarius, qui non est pastor gregis, fugit, ego non fugi, pro hoc grege meo, cujus sum possessor.* Dixerat etiam, — certe v. 3. sic interpretabar — „*se esse Janitorem*“: Janitor enim pandit fores, indicabat hoc: Christus bonis pastoribus vult uti, admittit eos. Scilicet cum sit omnis Allegoria similitudo: similitudo autem multis partibus spectari possit; fit, ut in una eademque Allegoria homo multis modis spectetur; unde etiam h. l. Christus. Potest illa similitudo multis modis spectari. Quod si hoc tenuerimus; non opus erit, singulas partes ad aliud quid adplicare velle. Omnia adplicantur ad unam eandemque rem diverso modo: sicut de cibo cœlesti Allegoria in Cap. VI, multis modis spectatur: Christus ipse erat cibus cœlestis, rursus dicebatur ille ita, qui dat eum: rursus, dat pater: rursus est ejus mors: tum additur etiam sanguinis mentio. —.

v. 19.) *Rursus igitur inter Judæos dissensio ob hos sermones orta est, ita ut multi eorum dicerent:*

v. 20.) *Agitur a dæmonio & insanit: quid eum auditis?*

v. 21.) *Alii vero dicebant: hi non sunt sermones hominis insanientis: Num dæmonium potest cæcis visum reddere?* hanc vim videndi tribuere?

v. 22.) *Cum vero Hierosolymis tum celebrarentur Encænia, quæ in hyemem incidunt;*

v. 23.) *Et Jesus in templo in porticu Salomonis circuiret, cinxerunt eum Judæi,*

v. 24.

v. 24.) *& dixerunt: Quousque tandem inani spe ludificas nos? Si tu es Messias, dic nobis libere.* —

His deinde pluribus respondetur.

De his in v. 22. addam, Ἐγκαίνια per ipsam vim græci verbi esse Solennia inaugurationis: nam verbum ἐγκαινίζειν, Innovare, sæpe illam vim habet inaugurandæ domus vel templi: unde ἐγκαίνια sunt Solennia inaugurationis. Hæc solennia instituta fuerant a Juda Maccabæo, ut in 1. Macc. IV, 54. narratur. Restituto enim templo post exilium Babylonicum, & finita ædificatione, instituit Judas Solennia hæc aniversaria inaugurandi templi. Ceterum incidebant hæc in mensem Judæorum Casleu, qui est noster December. Unde additur: καὶ χειμὼν ἦν.

Porro: Porticus Salomonis non est porticus a Salomone exstructa: nam ejus templum dudum erat vastatum; sed est Porticus in templo secundo ibi structa; ubi olim in primo templo Salomonis porticus steterat, eodem loco in secundo templo structa est, quare in Salomonis memoriam est Salomonis porticus dicta. — Jam cum solennia celebrarentur, & esset magna multitudo hominum in templo, incidit hic sermo cum Judæis coram magna hominum multitudine

Ἕως ποτε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις, vertebatur sic: Quamdiu tandem inani spe ludificas nos? — Hæc sunt perspicua. Caussæ sunt hæ: primo de ebraico sermone: In eo est αἴρειν τοὺς ἀνθρώπους, Attollere homines, idem quod: Facere inanem spem & sic ludificare, *die Menschen in die Höhe heben,* inanem spem facere. Hæc occurrunt in Jes. 36, 14. & in Jer. 37, 9. — Comparemus etiam aliarum linguarum Analogiam. Jam igitur primo novimus talia: Erigere hominem ad spes, facere ut sperent: novimus, suspen-

ſuſpendere hominum animos, ſuſpenſos reddere hominum animos: quid eſt „ſuſpendere“ aliud, quam *in die Höhe hängen?* Verum „Reddere ſuſpenſos hominum animos“ nonne eſt: Efficere, ut homines ſint dubii inter ſpem & metum, Replere eos expectatione & ſpe? — Poterit legi Krebſius in obſervationibus. Multæ ſunt verborum horum explicationes probatæ, & ſunt cauſſæ, cur explicentur ſic; ſed putemus, ſic commode ſequi illud: *Si tu es Meſſias, dic nobis libere*, noli nos porro ſpe incerta ludificare, certos nos tandem redde.

v. 25.) *His Jeſus ita reſpondet: Dixi vobis, me eſſe Meſſiam, ſed non præbetis aſſenſum: opera, quæ ego nomine Patris mei ago, hæc de me ſatis teſtantur;* & tamen non habetis mihi aſſenſum.

v. 26.) *Ne ſic quidem aſſenſum præbetis: non enim eſtis e numero ovium mearum.*

v. 27) *Oves meæ vocem meam attendunt, & ego eas novi: eæ vero me ſequuntur.*

v. 28.) *Ego rurſus illis æternam largior felicitatem, ita ut non pereant in perpetuum, & nemo eas poteſtati meæ poſſit eripere.*

v. 29.) *Pater meus, qui mihi dedit illas oves, major eſt omnibus: unde nemo eas poteſtati patris mei poteſt eripere.*

v. 30.) *Ego vero & Pater unum ſumus.* — Deinde ob hanc opinatam blaſphemiam petere voluiſſe Jeſum lapidibus, narratur.

Prima pars hujus loci non habet difficultatem. Cum v. 25. conferri poteſt Cap. V, 36.

In v. 27, „*ego novi oves illas*“ novimus, ſimul ineſſe ideam amoris & curæ: novi & amo & curo, ſequuntur deinde beneficia, tueor illas, in æternum felices reddo.

Porro

Porro in v. 29. *Pater mihi dedit oves:* id jam illustratum est Cap. VI, 37. sensu hoc: Pater per doctrinam suam ad me adducit hos homines: sic dat mihi has oves. Hæc igitur non repetemus.

In eodem versu, ubi dicitur: „*Pater omnibus major est*" nominatim cogitanda erit ejus potentia; nam sequitur aliquid, quod potentiam Dei describit: *Nemo potest e manu patris, e potestate ejus eripere oves illas:* quæ est manifeste potestatis divinæ descriptio; unde hoc restricte ad potestatem divinam cogitandum erit.

In v. 30. ubi se & Patrem dicit esse unum, vel, — ut tantum aliter vertamus —, esse conjunctissimos, ibi hoc vult, mea sententia: quod Pater facit, id facio & ego, quod potest facere Pater, idem facere & ego possum, brevius, est mea Patrisque eadem potentia: sic sum unum cum illo, ut habeam potentiam eandem, quam ille habet. Hæc sunt confirmanda. Primum igitur, quod non potest fieri aliter quam dialectice. Hæc propositio „*nemo potest oves ex potestate patris mei eripere*" unde concluditur? Ex illa præmissa: *Pater est major omnibus: Das ist hier namentlich:* Igitur nemo potest oves illas eripere e potentia Dei. De Christo v. 28. ponitur eadem propositio: *nemo potest oves ex mea potestate eripere.* Unde concluditur? E qua præmissa? Ego & ille habemus eandem potestatem. *Er ist mächtiger als Alle; folglich kann ihm Niemand die Frommen entreissen: Mir kann sie auch Niemand entreissen, ich bin mit dem Vater eins, was von ihm gilt, gilt auch von mir.* Hæc sic proposita sunt propemodum his ipsis verbis a Chrysosthomo in Homilia ad h. l. *Er spricht von Allmacht, von der war hier die Rede.* Si vero est una potentia illis, est illis etiam una eademque natura.

Jam

Jam addam: quia omnem rem dialectice proposui, id feci, quia verba, grammatice etiam alium sensum patiuntur. Hic alius sensus est: *ego & pater unum sumus: kann es nicht der Sprache nach heissen:* sumus concordes, unum volumus, unum nolumus? Id Cap. XVII, non semel legemus. *Die Sprache kann es nicht sagen,* δυο εισιν ἑν, *bedeutet: Zwey haben einerley Natur oder Macht. Nun sage ich:* hanc interpretationem „ambo sunt concordes" proponunt Sociniani etiam in h. l. Itaque si spectatur, num possit? potest per naturam linguæ: an vero debeat per seriem orationis? illa est alia quæstio; *darum haben wir also den Zusammenhang urgirt, und nicht die Sprache.* Videamus porro: si hic diceretur illud: Pater tuetur oves, etiam ego tueor, & in hac re sumus concordes; tamen debuisset præcedere mentio hujus voluntatis vel consilii. *Der Vater will sie schützen, also kann sie ihm Niemand entreissen.* Tunc possem intelligere: *hier ist die Rede von seiner Absicht oder Willen. Nun spricht der Andere: wir sind eins, wir sind gleichstimmig:* jam præcesserat: *omnibus est major: Nun folgt: mir kann Niemand meine Schaafe entreissen: ich und Er sind eins:* est una eademque utriusque potentia. — Prosequamur reliqua:

v. 31.) *Rursus igitur Judæi lapides sustulerunt, quos in eum conjicerent.*

v. 32.) *Tum Jesus: multa exhibui vobis beneficia Patris voluntate: propter quale horum beneficiorum me lapidibus petitis?*

v. 33.) *Respondent Judæi: propter beneficia Dei non lapidibus te petimus, sed propter blasphemiam, & cum tu, tanquam homo, te facis Deum.*

In

In v. 32. ἔργα καλὰ verti Beneficia, quia sic potest verti, ut in Matth. XXVI., 10. citra dubitationem. Deinde: δεικνυμι εργον καλον, Ostendo beneficium „est idem quod Exhibeo, Præsto beneficium. Exemplum in Matth. XVI., 1. occurrit. Additur hoc: Exhibui vobis beneficia a patre meo. Utor hac periphrasi: quæ mihi Pater demandavit, vobis exhibeo, ejus jussu, nomine, omnia ea exhibeo. Intelligo non modo miracula, beneficia per tres annos a Christo hominibus exhibita, sed etiam beneficia doctrinæ & institutionis. Sic puto, hoc cohærere: lapidibus me obruitis, cum sum beneficus in vos per beneficia miraculorum & institutionis Patris mei voluntate. Judæi igitur eum se lapidibus obruere velle dicunt, quia blasphemiam loqueretur, & se Deo similem esse diceret qua potentia. Jam defendit se Christus.

v. 34.) *His respondet Jesus: nonne scriptum exstat in codice vestro: Ego dixi, vos esse Deos?*

Locus, qui hic e V. T. profertur, est in Ps. 82, 6., ubi scriptum ἐν τῷ νόμῳ, in lege, hic manifeste est *in Codice vestro V. T.*, ut & alibi νόμος universum illum codicem significat. In Psalmi loco: „*ego dixi, vos esse Deos*“ alloquitur Deus hos, qui judicia administrant, quos Deorum nomine dignos habet propter majestatem, quia loco Dei sunt, jura hominibus dicunt, præsunt, regunt homines.

v. 35) *Si Deus illos appellavit Deos, quos ibi allocutus est, & si non potest scriptura fieri irrita.*

Illos dicit Deos, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, id puto esse: ad quos ille sermo Dei pertinet, quos in illo Psalmi loco Deus est allocutus: declaravit ibi magnam illorum dignitatem. — οὐ δύναται λυθῆναι ἡ γραφὴ, non potest solui scriptura.

Solui-

Solvitur scriptura, cum illud non fit, quod scriptum est. Hoc continet verbum per se. Jam in quovis loco est videndum, in quantum non fiat id, quod scriptum est. Igitur novimus, solvi ab hominibus scripturam tum, cum homo non facit, quæ sunt præscripta, cum non obedit legi. H. l. non potest solvi scriptura: quid est scriptum? Magistratus sunt Dii: hoc non potest solvi, non potest effici, ut hoc sit falsum. Igitur puto sic describi hac phrasi illud: Verissimum est hoc dictum: magistratus sunt Dii: Deus ipse hoc declaravit, non potest hoc argui erroris. Jam igitur omnino ut homo factis solvit scripturam, ita etiam judicando, verbis, potest solvere scripturam, cum repudiat dicta, & errorem putat in iis esse.

v. 36.) *Dicitisne vos ei, quem Pater sanctificavit, & ad homines misit, dicitisne ei: blasphema loqueris, quia dixeram, me esse Filium Dei.*

De illo „*Sanctificavit*" multi jam compararunt Jer. I., 5. ubi Deus hunc prophetam, cum adhuc in utero esset, sanctificasse dicitur, h. e. delegisse eum sibi ministrum. Id enim additur in illo loco: *Sanctificavi in utero, & feci te prophetam inter gentem*, inter plures nationes, Judaicam & vicinas. Hoc sic a Jeremia dictum, Paulus in Gal. I., 15. transfert ad se, & verbo, quo explicat, utitur. Dicit igitur, se ab utero inde a Deo fuisse segregatum: selegit Paulum Deus sibi ministrum: ἀφορήσε est in ebraico illo, ἡγιάσε, sanctificat. Idem in Epistola ad Romanos sub initio occurrit. Cum autem Christus h. l. se ut legatum Dei describat, ὃν ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον; jure verbum ἁγιάζειν de legato divino accipitur, estque in hoc ipso: Pater filium ministrum sibi selegit, & sic ad homines misit. Igitur omnibus verbis expri-

mitur

mitur hoc: magnus legatus patris, quem ſelegit & ad homines miſit. — Deinde *dicitis, me blaſphema loqui, quia dixeram, me eſſe filium Dei.* Ubi hoc dixerat? Ibi in v. 29. ubi dixerat: *Pater meus tueri poteſt cœlum, ego & hoc poſſum: ego & Pater unum ſumus:* nam qui Deum appellat patrem ſuum, is ſimul ſe appellat Dei filium, quod non eſt reconditum intellectu. Poſtea in v. 33. Judæi blaſphemiam ſic explicabant: *Facis te Deum.* Chriſtus vero ſic reſpondet: non blaſphemiam dico, quia me facio ejus filium: — Hæc ſunt omnia inter ſe comparanda: — ſic ſe Deo ſimilem reddit. *Er iſt mein Vater, ich bin ſein Sohn; wir ſind eins: was er thut, kann ich auch. Dies ſoll ein und ebenderſelben Gedanken ausdrücken.* Poterimus cum his ſuperiorem locum conferre, in quo etiam de blasphemia erat: *Patrem ſuum operari, ſed etiam ſe:* Cap. V., 17. *Was er thut, thue ich auch: wie er nicht an das Geſetz vom Sabbathe gebunden iſt, ſo bin ich es auch nicht.* Judæi dicunt, blaſphema loqui, quia ſe dicat filium Dei. Igitur ubi hic legitur illud „υἱον τȣ̃ Θεȣ̃ ειναι“ intelligitur, in quantum hoc cum ſuperioribus convenit.

Supereſt unum de hoc verſu, in quo eſt conſtructionis Anacoluthon. Debebat autem hoc ordine ſcribi: ὑμεῖς λέγετε ἐκεῖνον, ὃν ὁ πατηρ ἡγίασε &c. Hic ordo verborum non eſt vexatus & verba non ſunt trajecta: & non poteſt tamen aliter verti. — De reliquo vis hujus argumentationis non eſt abſcondita. Si Deus magiſtratus appellavit Deos, & ſi per hoc dictum poſſumus magiſtratus appellare Deos: nonne filius Dei, quem Deus miſit ad homines, ſe poteſt dicere filium Dei, cum ſit major illo magiſtratu. — Jam in v. 37. hoc firmat, etſi hæc omnia jam legimus.

v. 37.

v 37.) *Si non patro opera Patris mei, nolite mihi fidem habere;*

v. 38.) *Si vero patro: operibus saltem fidem habete, etiamsi mihi habere nolueritis fidem; ut tandem intelligatis & vobis persuadeatis, patrem in me esse, & me in patre.*

Si non patro opera Patris mei, opera, qualia Pater meus patrat. Fundamentum hujus phraseos est Cap. IX., 4. intelligo autem miracula: Si non ego miracula talia patro, nolite mihi fidem habere; sin vero patro, fidem habeatis mihi.

Pater est in me & ego in patre, vel, Sumus invicem conjunctissimi. Hæc versio valet ubique. Verum hoc: *„sumus invicem conjunctissimi“* potest multis modis intelligi, & explicandum est ubique pro serie orationis. Jam dixerat: *opera Patris patro*, igitur sumus conjunctissimi, similitudine agendi. Et sic hæc phrasis: *„ille est in me & ego in illo“* qua rem, redibit eo, quo: *Ego & Pater unum sumus.* Hæc infra ex exemplis disci poterunt multis, ut quaeratur e serie orationis, quatenus plures aut duo sint conjunctissimi. — Relegamus verba a v. 34. „Nonne in codice vestro scriptum ex„stat: ego declaravi, vos esse Deos? Quod si hos „dicit Deos, quos loco illo Deus allocutus est, & si „hoc dictum scriptum non potest refutari, falsitatis „argui; dicitisne vos quæso illi, quem Pater sibi mi„nistrum selegit, ut ad homines mitteret; tu blasphe„ma loqueris, quia dixeram, me esse filium Dei, „quem Pater misit; hic nonne se potest dicere filium „Patris? —“

v. 39.) *Igitur Judæi rursus conabantur eum comprehendere: ille vero evasit manibus eorum:*

v. 40.) *Abiitque rursus trans Jordanem, in locum, ubi Joannes baptizaverat prius,* priori tempore; *ibi autem mansit.*

Sunt enim supra duo loci commemorati, ubi Joannes baptizavit: unus Cap. I., 28. Bethabara, alter Cap. III., 23. locus erat Aennon, ubi baptizaret. Hic igitur ad Bethabaram respicitur. In locum eum venit Christus, ubi Joannes priori tempore baptismum administrabat; ubi autem mansit.

v. 41.) *Multi hic venerunt ad eum, & dixerunt: Joannes quidem nullum patravit miraculum: omnia vero, quæ Joannes de hoc Jesu dixit, sunt vera.*

v. 42.) *Sic multi ibi in Jesum crediderunt.*

Joannes nullum miraculum patravit, unde nos colligere possemus, eum esse legatum divinum, sed quæ de Jesu hic prædixit, ea omnia sunt vera. Igitur ex his intelligimus, tamen fuisse Joannem legatum divinum: *Aus der Zuverlässigkeit dessen, was er sagte, folgt es, ob er gleich keine Wunder that.*

CAPUT XI.

Sequitur de Lazaro narratio, qui locus in se propemodum nil habet obscuritatis.

v. 1.) *Aegrotabat quidam Lazarus, oriundus Bethania, ex vico, in quo Maria cum Martha, sorore sua habitabat.*

v. 2.) *Erat autem ea Maria, quæ Dominum aliquando unguento unxit, ejusque pedes capillis suis abstersit: hujus igitur Mariæ frater, Lazarus, ægrotabat.*

De

De hoc Christo uncto paulo post Cap. XII. narrabitur. *Beiläufig ist hier dieses anzumerken, dieser Vers sagt nicht so viel: Maria hatte Christum gesalbet vor dem Tode Lazari, es ist dieses erst nach dem Tode Lazari geschehen. Man muß sich hier in die Stelle des Geschichtschreibers denken: da dieser schrieb, war das Factum vorbey. Es war also die Maria, die Christum einmal gesalbet hat.*

v. 3.) *Igitur Sorores ejus miserunt ad Jesum, qui illi nuntiarent, eum, quem amaret, ægrotare.*

v. 4.) *Quæ cum audivisset Jesus: hic morbus, inquit non est lethalis, sed propter gloriam Dei:* sed hic morbus eventum habebit Deo gloriosum, — *die Erklärung* — *ut filius Dei per illum morbum glorificetur*, ut filii Dei potentia ex illo morbo elucescat, quia vitam Lazaro restituit.

v. 5.) *Jam autem Jesus Martham, ejusque sororem & Lazarum multis amoris sui documentis accumulaverat.*

v. 6.) *Cum audiret igitur, eum ægrotare, tum biduum substitit, in quo loco erat; sed postea*

v. 7.) *discipulis dixit: Revertamus in Judæam.* —

Bethania autem est Judæa prope Hierosolymam.

v. 8.) *His objiciunt discipuli: conabantur Judæi te lapidibus obruere*, non multo ante te voluerunt lapidibus petere, *& tu rursus inde abis?*

v. 9.) *Respondet Jesus: Nonne sunt duodecim horæ diei? Si quis interdiu obambulat, non offendit pedem, quoniam sol ei lucet, quia lucem mundi videt.*

v. 10.) *Si vero obambulet noctu, offendit pedem, quia lumen non est in illo*, non fruitur illo lumine. *In der Nacht ist das Licht nicht in mir*, non fruor illo lumine noctu.

Jam hæc verba de die & nocte non ut verba dicuntur, sed ut simul per hæc verba aliquid significetur, ut Allegoria fieri incipiat. Hoc igitur est reperiendum, quia non diserte additur. Jam in his verbis est hoc in universum dictum: stultum est, non facere tum, cum aliquid fieri potest, & differre in tempus, ubi non potest fieri. Hoc ad Christi personam, historiam, tempus, in quo vixit, est referendum. Igitur: essem ineptus, cum nollem agere, cum tamen possum, & differre vellem in tempus, ubi non potest fieri. Nunc vivo adhuc, debeo igitur hoc vitæ meæ tempore agere. *Wollte ich jetzt müssig gehen; so würde es sehr unschicklich seyn*, paulo post mihi moriendum erit, tum non possum amplius miracula patrare & docere. *Es gieng vor dieser Stelle her:* nuper te conabantur interficere, noli igitur abire. *Nun sagt er das: Was kann ich mir aus den Juden machen? ich muß handeln, Wunder thun, weil ich noch lebe; ich muß hin, und meinen Freund erwecken.* Ergo hæc ipsa, quæ dicuntur, jam Cap. IX., 4. 5. dicta vidimus.

v. 11.) *Hæc locutus, addit deinde: Lazarus, amicus noster, obdormiit, ego vero proficiscor ad eum, ut e Somno excitem.*

v. 12) *Dixerunt igitur discipuli: si obdormiit, convalescet.*

v. 13.) *Jesus vero locutus est de morte ejus: illi vero opinabantur, illum loqui de obdormitione somni*, i. e. de naturali morbo & somno.

v. 14.) *Tum igitur Jesus libere prolocutus est; Lazarus mortuus est.*

v. 15.)

v. 15.) *Ego vero lætor vestra caussa, me non ibi fuisse, ut firmetur vestra in me fides;* ita nil mihi, nil fraudis mihi potest objici, absente me mortuus est, ut vestra in me fides firmetur: cf. Cap. II. 11. *sed abeamus ad eum.*

v. 16.) *Hic igitur Thomas, qui cognomen Gemini habet, condiscipulis dicit: Eamus & nos, ut & nos cum illo magistro nostro moriamur.*

Nempe cum insidiæ struerentur vitæ Christi perpetuo, cum h. l. metum suum significassent his verbis discipuli, & cum Christum vidissent tenacem propositi; Thomas addit: Abeamus & nos, ut, si opus sit, si moriendum est ei, nos quoque moriamur.

v. 17.) *Cum autem Jesus venisset, reperit eum jam quatriduum in sepulchro versantem.*

v. 18.) (*Cum vero Bethania vicina esset Hierosolymis, circiter quindecim stadiorum intervalla.*)

v. 19.) *Multi Judæorum venerunt ad Martham & Mariam, ut eas de fratre consolarentur.*

v. 20.) *Martha vero hoc nuntio, Jesum venire ad se, obviam ei ivit: Maria vero domi resedit.*

v. 21.) *Igitur Martha Jesu dicit: si fuisses hic, Domine, non obiisset meus frater.*

v. 22.) *Sed novi quoque, Deum, quicquid petieris, tibi esse daturum.*

v. 23.) *Respondit Jesus, frater tuus resurget.*

v 24) *Dicit Martha: Scio eum esse resurrecturum in resurrectione, quæ in extremo judicio eveniet.*

v. 25.) *Respondet Christus: Ego sum auctor illius reditus in vitam felicem.*

In

In v. 19. res exprimitur sic: Venisse Judæos *πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν*, quod per se esset: Judæos venisse ad illas mulieres, quæ circa Mariam & Martham erant. Verum in his verbis est Græcismus, ut igitur *αἱ περὶ Μάρθαν*, (in plurali numero) significet simpliciter *Martham ipsam.* Unde necessario est ita vertendum: Venisse Judæos ad Martham & Mariam, cujus exemplum reperimus in Ernestinis notis ad Memorabilia Cap. 1. Lib. 1. Uno liceat exemplo: ubi Longinus quodam loco, Cap. XIII., 8. 3. dicere vult, de hac vel illa re scripsit Ammonius, tamen sic dicit: de hac re scripserunt *οἱ περὶ Ἀμμώνιον*, i. e. Ammonius.

In v. 21. Martha dicit Jesu: *si tu hic fuisses, Domine, frater meus non obiisset; sed nunc quoque, etsi obiit, scio, Deum quicquid ab eo petieris, tibi esse tributurum.* Quicquid ab eo petieris in solatium pro nobis, in commodum nostrum, id libenter tibi tribuet Deus. Plerumque existimant, Martham hoc voluisse: Si tu rogaris Deum, ut Lazarum in vitam revocet, annuet precibus tuis. Sed hoc sensu illa vix dixit. Tum Jesus inquit: frater tuus in vitam redibit, & Martha: eum rediturum esse in vitam, scio, in resurrectione, quæ fiet die ultimo. Profecto igitur non putavit Martha, Jesum nunc resuscitaturum esse Lazarum; igitur hoc sensu non dixit. Igitur multo latius capiendum esse videtur, uti antea fecimus: Quæcunque tu pro nobis, in commodum, in solatium nostrum petieris a Deo, *Deine Fürbitte bei Gott zu einer andern Freude des Lebens wird dir gewähret werden.*

In v. 25. Respondet Jesus: *Ego excito mortuos, ut fiant felicissimi.* Non erit laborandum in causâ hujus versionis: Ego sum resurrectio. Omnes concedunt, esse: Ego sum auctor resurrectionis; uti

ego

ego sum vita, ego sum auctor vitæ. Sed hoc: „ego sum auctor vitæ" explicatur: Ego excitabo olim mortuos, ut fiant longe felicissimi. Qui in me credit, etiam si obierit, tamen feliciter revivifcet.

v. 26.) *Et qui in his terris in me credit, non peribit in perpetuum.*

Πᾶς ὁ ζῶν καὶ πιςεύων, qui vivit & credit. Hic „qui vivit" non est: qui est felix, sed proprie: Qui in hac vita in me credit, quam diu in his terris est, non perpetuo peribit.

v. 27.) *Credisne tu? Respondit illa: utique; nunc persuasum ego habeo mihi, te esse Messiam.*

Jam addit, quam ideam Messiæ habeat in mente — Te esse Messiam, *filium Dei, venturum in has terras*. Atque sic Deus in Ps. 11. promiserat, se hunc, cui dixerat, tu es filius meus, missurum esse Messiam. Dicit illa: tu es ille בֶּן יְהוָֹה, qui promissus nobis est venturus.

v. 28.) *Hæc locuta abiit & clam Mariam, sororem, vocavit per hæc verba:*

v. 29.) *Doctor adest, & te venire jubet. Maria cum hoc audisset, statim resurgit & venit ad eum.*

v. 30.) *Nondum enim venerat Jesus in vicum, sederat in illo loco, ubi Martha ei obviam venerat.*

v. 31.) *Judæi igitur, qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cum Mariam statim resurgentem & discedentem vidissent, dicebant, eam ad sepulcrum abire, ut ibi lacrymet.*

v. 32.) *Maria igitur, cum venisset, ubi Jesus esset, procidit ad pedes, cum eum vidisset, & dixit: Si tu hic fuisses, frater meus non esset mortuus.*

v. 33.) *Jesus igitur cum lacrymantem eam videret, atque Judæos, qui cum ea venissent, etiam lacrymantes videret ipsos, contristatus est mente & perturbatus.*

v. 34.) *Et dixit: ubi reposuistis illum? Illi respondent: Veni & vide.*

v. 35.) *Jam lacrymabat ipse Jesus.*

v. 36.) *Unde Judæi dixerunt: videte, quantopere eum amavit.*

v. 37.) *Quidam vero eorum dixerunt: Nonne poterat hic, qui cæco visum tribuit, efficere, ut ne moreretur Lazarus?*

v. 38.) *Jesus igitur rursus tristatus est secum, & venit sic ad sepulcrum, quod erat spelunca, lapide supposita.*

De hoc „Jesus ἐμβριμώμενος“ monendum est. Etsi εμβριμαϑαι est alibi in N. T. Irasci, Comminari alteri; tamen non videtur hic irascendi caussa venisse & lacrymasse: quanquam homines illi lacrymabant. Lacrymabat ipse Jesus: quomodo igitur irasci potuisset ob lacrymas? Deinde etiam contextus ipse hanc notionem verbi εμβριμαϑαι probare videtur. Ergo tribuitur nunc verbo huic vis quædam ex sermone ebræo, in quo זַעַם & זַעַף, interdum Indignationem & Iram, interdum vero etiam *vehementiorum animi motum* indicant. cf. Gen. XL., 6. Hoc vero verbum inprimis זָעַף, vertitur εμβριμαϑαι, unde hoc, ob illud verbum ebraicum, habet duplicem vim, vel Irasci, vel Vehementer tristari. Sed hæc ultima significatio est huic loco apta. Quod in v. 33. additur „ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, καὶ ἐτάραξεν ἑαυτὸν“ se perturbavit, perturbabatur secum: hoc de lacrymante si dicitur, quid esse potest aliter, quam ἐνεβριμήσατο?

v. 39.

v. 39.) *Tum Jesus jussit lapidem removere. Martha, soror mortui: Domine, inquit, jam fœtet: nam est quartum jam diem in sepulcro.*

Ita hoc „τεταρταῖος“ est vertendum. Ex re apparet, ita verti debere.

v. 40.) *Hic Jesus: nonne tibi dixi: si credideris, te experturum esse majestatem & potestatem Dei?* —

Dixerat autem in v. 23. frater tuus surget. Huc respicit: Experieris potentiam meam, surget frater tuus potentia divina.

v. 41.) *Cum igitur sublatus esset lapis, ubi mortuus ille cubabat, Jesus sublatis ad cœlum oculis, sic precatus est: Pater, gratias tibi ago, quia me audire soles.*

v. 42.) *Ego vero noveram, te semper me exaudire: verum propter circumstantem multitudinem dixi, ut credant, me esse eum, quem misisti.* —

Semper me audis tum, cum precor, ut mihi adsis patraturo miracula. Hoc bene noveram, sed propter circumstantem — hic inserendum est — dixit elata voce, invocavi tuum auxilium illa voce, ut si viderint, me nunc exaudiri a te, me patrare miracula, ut ex hoc concludant, me esse legatum tuum.

v. 43.) *Hæc precatus, alta voce clamavit: Lazare, huc adeas, prodeas.*

v. 44.) *Sic prodiit mortuus, vinctus qua pedes & manus fasciis, & facies ejus sudario obligata erat. Igitur Jesus jussit eum solvi fasciis, & ita domum abire.*

Dicitur ille mortuus, constrictis pedibus manibusque, prodiisse. In quo quia non commode intelligi potest, qua ratione potuerit ire & scandere, in hoc igitur non putem, fuisse hoc alterum Christi miraculum, ut constrictis pedibus illi vim scandendi largiretur.

giretur. Fortasse hoc non opus erit, si cogitemus, hæc hunc habere sensum: *der Todte gieng hervor, wie er eingehüllt war.* Jam dicitur movisse corpus aliquo modo. Igitur laxata esse debent vincula; ut se erigere & surgere incipiat. *Er gieng hervor, wie er war.* Inter nitendum laxata sunt vincula. Si vel maxime fuerint fasciis pedes circumligati, tamen pedem non semper fuisse circumligatum, est manifestum. *Der eigentliche Fuß war nicht eingehüllt.* Quid si hoc sumemus, ut tanto majori facilitate resurgeret? Nisi pedum laxata essent vincula, non potuisset incedere. Cf. Cuperi animadversiones II., 9. ne ad miraculum vel transgrediaris, vel de narratione hac dubites.

v. 45.) *Multi Igitur Judæorum, qui ad Mariam venerant, & quæ Jesus fecisset, viderant, crediderant in eum.*

v. 46.) *Quidam tamen horum ad Pharisæos abierunt, illisque rem a Jesu gestam narrarunt.*

v. 47.) *Hinc convocarunt Synedrium Pontifices & Pharisæi, & dixerunt: quid faciendum est, quia vir ille multa edit miracula.*

v. 48.) *Si eum patiamur ita agentem, omnes credent in eum: Sic venient Romani, & delebunt & urbem nostram & nationem integram.*

Si eum patiamur ita miracula patrantem, omnes in eum credent; Igitur fiet ad eum magnus hominum concursus. Res incipiet speciem rebellionis aut seditionis habere, illum adeó regem appellabunt, uti jam factum erat alio tempore. Sic igitur per hanc fidem in eum, per hos concursus ad eum, Romani commovebuntur, ut exstirpent nostram urbem & deleant integram nationem.

v. 49.

v. 49.) *Verum unus aliquis eorum, Caiphas, qui illius anni Pontifex summus erat, dixit:*

v. 50.) *Vos nihil intelligitis, nec cogitatis, utilius esse, quod unus vir pro integra natione moriatur*, ut ne integra natio pereat.

Hoc Caiphæ consilium, quem sensum habet, non est difficile intellectu. Suadet, ut unus vir e medio tollatur, ne ad seditionem tota natio commoveatur, & sic Romani excitentur, ut exstirpent totam nationem. Politicum est hoc consilium. Joannes in sequenti versu suum de hoc consilium addit.

v. 51.) *Hæc vero non dixit Caiphas per se, sed quia Pontifex summus erat illo anno, locutus est divino instinctu, quia Jesus pro natione Judaica moriturus esset;*

v. 52.) *sed non solum pro natione Judaica, sed etiam, ut filii Dei dispersi in unum congregarentur.*

Ab hoc extremo incipiam. *Filii Dei dispersi*, haud dubie per omnem terrarum orbem dispersi: Liberi Dei, qui post hæc tempora & ipsi fient τέκνα τȣ̃ Θεȣ̃, h. e. ad religionem Christi accedent. Sic enim fient τέκνα τȣ̃ Θεȣ̃. Hi colligentur in unum: cum quo? cum λαῷ? Ab his liberis Dei distinguitur ὁ ἔθνος, ὁ λαος. Sed ille λαος, de quo Caiphas loquitur, est Judaicus populus: hunc salvum vult perstare in Christo necando. Ita fiet, ut filii Dei per omnem terrarum orbem congregentur in unum cum illo λαῷ. Hoc commate ultimo pagani homines, qui sunt ad ecclesiam Dei accessuri, colligentur in unum cum Judæis. Hæc jam Cap. X., 16. sunt dicta: *Habeo alias oves, quæ non sunt ex hoc stabulo: etiam has oportet me adducere: Sic fiet unus grex & unus pastor*, e paganis & Judæis cœtus promiscuus. —

Postea

Postea cum hic a Joanne dicatur mortuus non modo pro Judaica natione, sed etiam, ut *συναγάγῃ εἰς ἕν*; manifestum est, hoc etiam consilium tribui morti Christi, ut si mortuus fuisset, fieret ex his unus idemque cœtus. Nisi obiisset & in vitam rediisset, non fuisset unus ille cœtus collatus.

De singulis nunc dicamus. Jam non credo, Caipham, ubi dicit: *„Es ist gut, daß Einer für das jüdische Volk sterbe, als daß die ganze Nation darüber zu Grunde gehe“* hoc in mente habuisse; & jam antea monui, fuisse hoc consilium politicum: Unus est tollendus, ut ne rebellione commota, Romani excitentur, ut totam nationem exstirpent. Igitur cum hic dicatur, *Caiphas προεφήτευσε*; est de verbo hoc, & idea ejus quærendum. Non potest verti: Caiphas divinatus est: non enim prædicit rem futuram: *das und das wird geschehen: dieser einzige wird für die Nation sterben*; sed suadet, quid sit utile & quid fieri debeat. *Es ist nützlich, daß wir den einzigen wegschaffen.* Ceterum *προφητεύειν* non est semper: *Futura dicere*, sed etiam: Loqui divino instinctu, aut afflatu. cf. Luc. I., 67. & Act. II., 17. — Quæritur nunc: an Caiphas hæc verba proposuit accepta a Deo, ut Deus, eo inscio, & invito, in animo ejus excitaret has ideas: melius est, unum obire, quam integram gentem perire? Non videtur: nam consilium, quod suggerit Synedrio, ipsi poterat in mentem venire, ut vix credibile sit, Deum has ideas in animo ejus excitasse. Erit igitur hic *προφητεύειν*: Regente Deo ita loqui: & totum hoc refero ad quandam directionem providentiæ divinæ, quæ est in eo, quod Caiphas per se politicum dat consilium; non quod hoc consilium dat, sed quod hoc consilio simul aliam rem exprimit & sensu alio explicat, ut Christus pro Judæis & paganis obeat in

omnium

omnium commodum. *Es ist Direction der Vorsehung, daß der Mann etwas sagen muß, das Lehre der Religion ist.*

In v. 51. Hæc *non de seipso* dicit. Id explicem ita: Non sine Deo. *Er sagt es, aber* non per se: *man erkennt darinnen eine göttliche Vorsehung.* Hæc proposita sententia jam exstat in Vitringæ observationibus sacris, Libr. VI, cap. 13. Joannis sententia igitur est, eum non per se, non sine Deo hæc ita censuisse, sed potius, Deo ita dirigente, iis verbis essent usum, quæ de morte Christi, omnibus hominibus salubri, essent explicanda. His additur in v. 15. eum sic, Deo dirigente, esse locutum, quia fuerit illius anni Pontifex. Hic non potest ex historia doceri, Pontificis summi munus adjunctum sibi habuisse perpetuo donum prophetiæ; nam neque in libris de Maccabæorum historia, neque in Josepho aut Philone, aut Judæorum scriptis reperiuntur exempla, unde fiat clarum, cum Pontificatu summo donum prophetiæ semper fuisse conjunctum. Verum olim Deus usus erat Pontifice summo, ut per hunc responsa interdum daret populo, non modo per illud clypeolum pectorale, Urim & Tummim; sed sic etiam, ut consultus ab aliquo Pontifex summus, intraret templum, consuleret Deum, & ab eo responsum acciperet: quæ exempla in Samuelis & Regum libris sæpe occurrunt.

Igitur cum Deus usus fuisset Pontifice summo, per quem daret responsum populo, nunc dicit Joannes: Deum rem sic direxisse, ut vir, hoc munere fungens, diceret sententiam illo quidem sensu politicam, sed qua simul consilium de Christi morte exprimeret. Hoc dicebam: Deus usus est viro, ut consilium omne de morte Christi exprimeret: sic uti olim per Pontifices proprie responsa dederat, hic per virum regit & dicit

dicit aliquid, quod consilium de morte Christi exprimit, etsi Pontifex ipse sensu alio capiat.

Hæc vero liceat repetere, sic ut paraphrasin a Comite de Linar factam prælegam: *Ihr erwäget nicht, sagte Kaiphas, wie es weit rathsamer und besser für uns sey, daß auch im gegenwärtigen Falle, wie es jetzt heißt, Einer für das Volk stirbt, als daß das ganze Volk ins Unglück kommt. Diese Worte sprach er nicht ohne Gottes Einfluss, sondern weil er damals das Hohepriesteramt begleitete &c.* Sunt ipsa illa pluribus proposita. —

v. 53.) *Ab eo igitur tempore consultarunt de Jesu interficiendo.*

v. 54.) *Itaque etiam Jesus non amplius in publicum prodiit, sed profectus est istinc in regionem, deserto vicinam, & quidem in oppidum, cui nomen Ephræm erat, ubi cum discipulis suis est commoratus.*

De illo: „παῤῥησίᾳ περιπατεῖν" in publico versari, jam Cap. VII., 4. admonitum est. — Paulo post urbis nomen est, non ut vulgares editiones habent Ἐφραΐμ; sed est Diphthongus Ἐφραιμ. Nomen urbis erat Ephraem, Ephræmum: sic postulant geographiæ Palaestinae.

v. 55.) *Appropinquante autem sacro Judæorum paschali, multisque Hierosolymam proficiscentibus ex illa regione, ubi Jesus latebat, ante paschalia ista, ut se pararent ad festum paschale;*

v. 56.) *Desiderabant Jesum, stantesque in templo, dixerunt sibi invicem.*

v. 57.) *Quid vobis videtur, quia ille non venit ad paschale? Pontifices igitur & Pharisæi invicem edictum proposuerant, ut si quis sciret, ubi Jesus esset, diceret, ut eum capere possent.*

Super-

Supereſt hoc unum in v. 55. Ante ſacra multos Hieroſolymam veniſſe, ἵνα ἁγνίσωσιν ἑαυτὺς, ut ſe purgarent. Hæc purgatio eſt in eo, quod unum aut plures dies abſtineant vino, delicatioribus cibis, Venere, & hoc modo cum corpus tum animum præparent ad inſtantia ſacra paſchalia. Sic ſe purgant. Idem igitur eſt, quod in ſcriptoribus profanis eſt: Vivere in caſtimonia, abſtinere ab omnibus, quæ te polluant. Erat autem moribus Judæorum neceſſe, ut ſaltem unum diem ſic viverent ante ſolennia ſacra. Conſuetudinis hujus fundus eſt in Moſaicis libris veluti Exod. XIX., 10. & ubicunque occurrit illud: *Heiliget euch auf den dritten Tag:* parate vos ad tertium diem, abſtineatis ab omnibus, quæ vos polluant, ut idonei ſitis ad ſacra facienda & celebranda. — Reliqua per ſe intelliguntur.

Atque ſic abſolvimus hiſtoriam integri triennii, quo Jeſus, munere ſuo functus eſt. Quæ enim nunc ſequuntur, ea hiſtoriam ſex dierum continent, ut ſtatim apparebit capite ſequenti. Hos autem tres annos nemo Evangeliſtarum tam perſpicue & diligenter indicavit, quam Joannes. Qua de cauſſa vel locos indicabo, ſi quis hos percurrere velit. Igitur in Cap. II., 13. primum fit paſchatis mentio, ut ibi ſit primum paſcha muneris Chriſti. Poſtea Caput VI., 4. ſecundum mentio paſchatis fit; igitur ibi ſecundus muneris Chriſti annus deſcribitur. In Cap. VII., 10. commemoratur iterum paſcha, quod fuit tertium Chriſti paſcha. Sed hæc ſunt in Bengelii ordine temporum perlegenda. — Præterea ſi omnia ea cogitemus, quæ ſupra ſunt tradita; maxima pars fuit ſermonum, a Chriſto habitorum, & eorum, quibus ſuam legationem divinam Judæis perſuadere vult. Igitur multum differt Evangelium Joannis a ceteris Evangeliis. In his enim plerumque res geſtæ Chriſti narrantur, itinera,

miracula: in hoc autem plerumque sermones Christi. In illis Evangeliis occurrunt sermones de regno cœlesti permulti, sermones de mutuis hominum officiis: in hoc Evangelio sermones, quibus Judæis persuadetur legatio Christi divina cum caussis, cur fuerit a Deo missus. Hæc diversitas, quam quilibet potest per se animadvertere, fuit caussa, cur dicerent multi, consilium hujus Evangelii fuisse hoc, ut supplerentur reliqua tria Evangelia, partim sermones Christi habiti, partim pauciores narrationes de miraculis Christi, in cœco & in Lazaro patratis. Fateor, hoc fuisse unum e consiliis, etsi hoc unum non excludit omnia alia. —

CAPUT XII.

Ita jam accedamus ad gesta per sex illos dies, qui fuerunt extremi vitæ Christi.

v. 1.) *Jesus igitur sex diebus ante Pascha venit Bethaniam, ubi Lazarus mortuus versabatur, quem ex mortuis excitaverat.*

Ex illa solitudine sua in oppido Ephraem prodit nunc rursus, & Bethaniam, vicinam Hierosolymis, progreditur.

v. 2.) *Instruxerunt autem ibi Christo epulum, in quo Martha administrabat: Lazarus vero unus accumbentium fuit.*

v. 3) *Maria igitur, prehensa libra unguenti, & quidem Nardi valde pretiosæ, pedes Jesu unxit, suisque capillis abstersit ita, ut ædificium odore unguenti repleretur.*

Ante omnia monendum erit, hic eadem tradi, quæ sunt in Matth. XXVII., 6. jam in ipsis initiis historiæ passionum, sex diebus ante mortem ejus. In

quo

quo loco simul intelligitur, in Simonis cujusdam domo fuisse paratum convivium.

In v. 3. in illa unguenti descriptione est aliquid obscuri. Dicitur *Nardus valde pretiosa:* deinde, *Nardus* πιϛικη. Et cum hoc verbum nuspiam reperitur, saltem quaeritur, quid insit? In Marc. XIV., 3. etiam exstat. Vertam igitur *Nardum potabilem:* quo verbo intelligo Nardum sic dilutam, & attenuatam, ut facile possit fundi, tanquam liquidum. Hactenus idea ipsa convenit bene cum loco nostro. Sed caussae significationis sunt quaerendae. Ergo ponamus verbum πισαι, quod est Potare, unde habet graecus sermo πιϛὸν, potabile; Et occurrunt φάρμακα πιϛα, medicamenta potabilia, fluunt ut liquidum fluere solet. Huic igitur „πιϛον" puto nunc simile esse illud πὶϛικον, ut sit *Potabile, Dilutum, Attenuatum.* De his vel Stephanus in thesauro linguae graecae in verbo πιϛος & πιϛικος potest conferri, vel, Hesycho, Interpres. Meliora his non habeo. — Unum tamen addam de Lutheri versione „*unverfälscht*". Igitur cum multis aliis e vocabulo „πὶϛις" derivavit, ut sit unguentum πιϛικον, unguentum fide dignum, genuinum, *ächt, unverfälscht*, contra omnem linguae graecae consuetudinem.

v. 4.) *Unus igitur discipulorum ejus, Judas Simonis Ischariotes, qui* eum proditurus erat: *quare tandem, inquit, hoc unguentum non venditum est triginta denariis, & distributa pauperibus illa summa?*

v. 6.) *Dixit autem hoc, non quia pauperes illi erant curae, sed quia furax erat, & cistam habebat, & portabat, quae in eam injiciebantur.*

Verbi γλωσσόκομον frequentissima est significatio: *Arcula, Cistula.*

v. 7.) *Sed Jesus: fac illam missam: asservarat hoc unguentum ad diem usque meæ pollincturæ:*

v. 8.) *Pauperes enim semper vobiscum habetis, me vero non semper habebitis vobis præsentem.*

Ergo in v. 7. ἐνταφιασμος non est Sepultura, sed est *Pollinctura*. Quo verbo describitur omnis apparatus, quo corpus mortuum ornari solet, vestimenta, fasciæ, involucra, balsamum, unguenta, corollæ, flores. Igitur dicitur illa mulier asservasse hoc unguentum in tempus, quo Christi corpus mortuum adornandum erat. Igitur est in promtu, mulierem illam non suo consilio asservasse hoc. Christus etiam ita interpretatur: Sic accipio id, quod fecit.

v. 9.) *Cum autem magna Judæorum multitudo audisset, Jesum esse ibi, Bethaniam venerunt, non modo propter Jesum, sed ut Lazarum etiam viderent, quem e mortuis excitaverat.*

v. 10.) *Proinde Pontifices summi deliberarunt etiam de Lazaro interficiendo:*

v. 11.) *Quia multi propter eum abibant Bethaniam & ibi in Christum credebant.*

v. 12.) *Sequenti die magna multitudo, quæ venerat ad sacra paschalia, cum audisset, Jesum accedere Hierosolymam;*

v. 13.) *Prehensis palmarum ramis processerunt ei obviam & clamarunt: Fer nobis opem, laudemus te, legate divine, rex Israelitarum.*

v. 14.) *Jesus autem nactus asinum, insedit ei juxta locum illum:*

v. 15.) *Bono animo estis, vos Hierosolymitani! En! rex vester venit, insidens, pullo asini.*

v. 16.

v. 16.) *Hæc vero discipuli ejus primum ab initio non intellexerunt; sed post reditum Christi in cœlos recordabantur, & hæc de eo scripta fuisse, & hæc ei accidisse.* —

In v. 13. τα βαΐα, est verbum græci sermonis, quod proprie significat, *ein Palmzweig*, cujus arboris rami ita dicuntur. Quod additur: τῶν φοινίκον; additur pleonastice: τα βαΐα sunt jam in se: *Palmarum rami.*

In acclamationibus illis hoc: εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίυ, vertebam: Laudemus te, Legate divine. Non puto, caussas esse obscuras. Qui enim venit nomine Dei, is venit jussu & missu Dei; sed qui ita venit, nonne est legatus divinus? Sic igitur laudemus te. Qualis legatus sit, additur: Messias. Præterea has formulas acclamandi constat petitas esse e Ps. CXVIII., 24. Hosianna, benedictus qui venit in nomine Dei; quem Psalmum in solennibus sacris publice in templo canere solebant; ut adeo populo per hanc hebdomadem jam in mente & animo esset, & ut hanc rem, quæ tunc publice canebatur, transferret in Jesum. Quis non cognoscit directionem divinam?

v. 15. est e Zachar. IX., 9. in quo illud: „*Filia Sionis*" est ebraica periphrasis urbis in monte Sion structæ, *die Stadt auf dem Berge.* Ergo, nil metuas, o! Hierosolyma, sive, de incolis: Sitis bono animo, o! Hierosolymitani.

In v. 16. *Discipuli hoc demum intelligunt, postquam Jesus in cœlos abierat* & ἐδοξάσθη ὁ Ιησῦς. Paulo post de hoc „δοξάζειν" plura erunt dicenda.

In eodem versu, in extremo non potest sic capi; *da erinnerten sie sich, daß das von ihm geschrieben sey, und erwiesen ihm dieses.* — *Nicht.* —

Re-

Recordabantur tunc duarum rerum: 1) hæc de eo esse scripta. 2) καὶ ταῦτα ἐποίησαν αὐτῷ, *daß man so gegen ihn gehandelt habe*, Judæos illi obviam ivisse cum palmarum ramis & acclamationibus. *Sie erinnerten sich, daß dieses Evenement mit ihm ergangen sey*, hoc ei accidisse.

Jam v. 17. & 18. in parenthesi sunt ponendi. Respiciamus v. 12. magna multitudo hominum obviam ivit Jesu. In v. 11. multi venerunt Bethaniam ad Jesum. *Nun setzt Johannes in der Parenthese noch die Ursache nach.*

v. 17.) *Multitudo hominum, qui fuerat tam cum eo, cum Lazarum e sepulcro vocavit & ex mortuis excitavit, multitudo illa testata fuerat hanc rem;* crebro fuit illa res ab hominibus enarrata.

v. 18.) *Propterea etiam occurrit illi turba, quia audiverat, eum hoc miraculum patrasse.*

v. 19.) *Igitur Pharisæi invicem dixerunt, videtisne, vos nihil prodesse?* i. e. hoc nihil efficere? *en! modo omnes homines eum sequuntur!*

Pervenimus nunc ad locum, in quo de glorificatione Christi mortem secutura perspicue dicitur, ut propemodum omnis illa vis & natura glorificationis disci possit. Occasio hujus a v. 20. sic narratur:

v. 20.) *Inter illos, qui Hierolyma petebant, ut Deum colerent in sacris paschalibus, erant etiam quidam Græci.*

v. 21.) *Igitur adierunt Philippum Bethsaidanum e Galilæa, eumque rogarunt his verbis: Domine, cupimus Jesum videre.*

v. 22.) *Philippus venit & inquit Andreæ: rursus Andreas & Philippus nuntiant Jesu.*

In-

Incipit nunc ille sermo, in quo de sua δοξα Christus loquitur. — De his hoc unum est illustrandum, quod dicuntur *homines Graeci, colendi Dei causa cum aliis venisse Hierosolyma*, cum tamen sint homines pagani, ut in N. T. perpetuo. Quomodo igitur hi in numero eorum fuerunt, qui celebrare volebant sacra paschalia? Res est hæc: Solebant homines pagani non tantum patriæ suæ Deos in honore habere, & in templis domesticis colere; sed si in quam urbem venissent, in illa urbe hujus urbis Deos coluerunt, ut ubicunque aliquem Deum, diversum a suis & a religione sua patria, invenirent, colerent, etsi casu eum invenissent. Verum consulto etiam in urbes celeberrimas fecerunt itinera, in quibus erant templa celebratissima, ut in illis Deos colerent. Idque non tantum factum est a paganis, ut ita dicam religiosioribus, verum interdum etiam moris & consuetudinis caussa. In quam rem legenda sunt, quæ Wettstenius ad h. l. collegit. Et ex Suet. Aug. 93. potest disci, cum illi, qui in familia Cæsaris erant, interdum cum Herodibus in templo Hierosolymitano sacra fecerunt. Sed & Cajum nepotem quod Judæum prætervehens apud Hierosolymam non supplicasset collaudavit. Accedit, quod jam in V. T. talia coluerunt, uti, cum in Reg. VIII., 41. constituitur, quid liceret peregrinis, qui venirent Hierosolyma, ut interessent sacris Hierosolymitanis. Addemus exemplum ex Act. VIII, 26. ubi ille homo Aethiopicus Hierosolyma venit, Dei colendi Judæorum caussa. Igitur non mirum est, cur hic dicantur pagani homines fuisse in his, qui ad sacra paschalia venerant. — Veniemus nunc ad sermonem Christi ipsum.

v. 23.) *Respondet igitur eis: instat tempus, quo honor Messiæ illustrandus est.*

v. 24.) *Confirmo tamen vobis, nisi granum tritici, prolapsum in terram, emortuum fuerit, id solum manere: si vero fuerit emortuum, multum fert fructus.*

v. 25.) *Qui vitam suam amat, ejus jacturam facit: qui parvi facit suam vitam in his terris, perpetuo asservabit eam.*

v. 26.) *Si quis me velit colere, is me imitari debet: και, i. e, hinc, ubi ego sum, ibi & cultor meus erit: ac si quis me coluerit, hunc Pater reddet felicem.*

v. 27.) *Nunc animus meus perturbatus est, & quid dicam? Pater, eripe me ex hoc tempore, calamitoso: verum propterea vixeram usque ad hoc tempus.*

v. 28.) *Pater, illustra tuum honorem. Sic delata est cælitus hæc vox: & illustravi & rursus illustrabo.*

In v. 23. ubi δοξασμος Messiæ commemoratur. De versione nulla est dubitatio: Illustratur honor Messiæ. Versionis paraphrasis semper potest esse hæc: Innotescit hominibus dignitas & majestas Messiæ. — Jam de re. — Dignitas Messiæ est nunc: quod ipse a Deo omnis generis humani dominus & asservator aut hospitator est constitutus. Quam ideam certe scriptura sacra conjungit cum δοξασμῳ filii Dei. Sic innotescit generi humano, hoc esse caput omnis generis humani. Cum autem hoc innotuerit per doctrinam christianam, propagatam ubique, fit ut Christus δεδοξάσμενος intelligendus sit ille, cujus dignitas, dominium in genus humanum per Evangelium sit traditum omnibus hominibus. Videmus deinde in h. l. argumenta hujus interpretationis. Jam autem cum nunc proxime instaret mors, quam secutus est ille δοξασμος, non est mirum, quod dicit, instare tempus, quo per doctri-

doctrinam propagetur ubique illud: hunc esse dominum generis humani.

In v. 24. hoc dicit: *Sed mihi ante moriendum est, quam possit ille δοξασμος locum habere.* Hoc per Allegoriam, intellectu facilem, explicat. Quod granum tritici in terra dicitur mori, est Abire in quandam putredinem: videtur igitur mori. Et hoc „*Semen putrefieri*" etiam Apostolus Paulus dicit in 1 Cor. XV., 36. *Nisi igitur computruerit in terra, dicitur manere solum*, sive, non multiplicari in grana plura, non spicas ferre. Oppositio: „si fuerit putrefactum" declarat: Igitur filius hominis morietur, lætissimus ille δοξασμος deinde sequetur.

In v 25. *Qui amat vitam suam*, & reliqua: Summa est: Quod igitur mihi evenit, idem cultoribus meis evenire debet. Ego post mortem excelsus sum, mei cultores post miserias erunt felices: qualis ego, tales illi. In priori propositione: „*qui vitam suam amat, amittet vitam suam*" in priori est proprie dictum: Vitam physicam: in posteriori tropice: amittet vitam; sed vita tropica est felicitas. *Qui vitæ physicæ nimis est amans, is jacturam vitæ*, — tropice — *felicitatis suæ faciet.*

In altero: „*qui vitam suam parvi facit in his terris, asservabit eam*" hoc rursus tropice: Servabit sibi felicitatem, & quidem æternam felicitatem. — Verba etiam in alio loco, in Evangeliis aliis occurrunt, & significant: miserias esse obeundas. — Idem est in v. 26. *Si quis me colere voluerit, is me sequatur:* quid hoc erit: me sequatur? Eritne: *er muß mein Nachfolger seyn?* Non: sic esset identica propositio: *Wer mein Verehrer seyn will, muß mein Verehrer seyn.* Ergo est: Me imitetur, sic, uti ego, miserias suscipiat, cf. Luc. IX., 24. ubi hoc ipsum in simillimo loco dicit: *debet suscipere crucem*

cem meam & sic sequi me. Præterea non sunt hujusmodi dicta: *„qui me colere vult, is debet perpeti miserias“* ita in universum capienda, tanquam regula sit, quæ ad omnes christianos pertineat. Primo enim sequeretur, sic multos non esse veros christianos, qui nullas miserias religionis caussa pertulerit. Deinde in Matthæo, Marco, Luca quoties hoc occurrit, toties diserte additur: ἕνεκα τῆς διδαχῆς μȣ͂, vel in serie orationis est: religionis caussa. Verum ubi nullæ sunt religionis miseriæ, nemo potest eas perpeti. Redire possumus ad tempora, quibus Christus hæc dixit, in quibus omnis Palæstina infesta fuit Christo & sectatoribus ejus, ut paulo post ab Imperio Romano est persecutione oppressa omnis Palæstina. Ubi sunt miseriæ religionis caussa, ibi valet ejusmodi admonitio. —

In v. 26. *Inde*, inquit, *ubi ego sum, ibi & cultor meus erit.* Res est plana. Veniet cultor meus in illam felicitatem cœlestem, in qua ego sum. Infra Cap. XIV., 3. res aliis etiam verbis explicatur. Licebit etiam addere e 2 Tim. II., 12. ubi ipsa hæc sententia occurrit. — Tandem: *si quis me coluerit, hunc etiam pater meus honorabit.* Honorat Deus hominem „vel, cum ornat beneficiis, vel, cum præmium ac honorem tribuit: nam quem fugit, futuram felicitatem nostram dici δοξαν nostram? Quid autem est δοξα? Nonne honor? Et nemo dubitat, δοξαν intelligere etiam *Felicitatem.* Ut igitur ibi δοξα, ita & hic τιμη. cf. Rom. II., 7. & 10. Futura illa felicitas dicitur δόξα καὶ τιμὴ καὶ ειρὴνη, & pluribus verbis.

In v. 27. *Nunc meus animus est perturbatus,* nempe metu instantis miseriæ & mortis perpetiendæ. Hoc jubent ea, quæ sequuntur, sic intelligere. Postea: καὶ τί εἴπω; *& quid dicam?* quid precer? Precerne,

ut

ut Deus me eripiat, his miseriis plane liberet? an precer aliud? Illud: „*quid dico?*“ qui loquitur animo perturbato, dicit: Nescio, quid loquar, quid precer: nec hæc sunt absona loca a persona Christi hominis, vel, ab aliis Evangelistarum narrationibus. Non commemorabo, quod est de Christo sudante ad mortem, huic simillimum; sed evolvamus Luc. XII., 50. ubi dicit, superesse baptisma, quo sit ipse baptizandus, sive, superesse hoc, ut ipse mergatur miseriis, *ins Elend versinken.* Id est ibi baptisma: Instat tempus, quo mergar ultimis miseriis & calamitatibus. Ibi addit: *quanto constringor animo, donec res illa sit facta.* „*Constringor*“ — nonne est: Sum anxius & perturbatus? Rursus est sententia simillima. — Jam facit preces: *Pater eripe me de tempore calamitoso.* Rursus corrigit se: *sed propterea vixeram usque ad hoc tempus. Warum will ich auch davon befreyt seyn?*

In v. 28. *Pater, illustra tuum nomen.* — In voce cœlesti est mox hoc: καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω. De hoc δοξασμῳ jam dictum est. Nunc est δοξασμος Christi; sed pater suum glorificat nomen, se glorificat; *die Version muß dieselbe bleiben, wenn sie richtig ist:* Illustra honorem tuum: *die Paraphrase muß auch dieselbe bleiben, wenn sie richtig ist:* Fac, ut innotescat tua majestas: *so bleibt der Gedanke übrig:* Feci, ut innotesceret hactenus mea majestas, nempe per ea omnia, quæ Jesus per tres annos & docuit & fecit: Deus voluit innotescere suam dignitatem & majestatem. Jam vero nonne Jesus Christus docuit, unum esse Deum, qui primus sit omnium & fons felicitatis. *Was ist verherrlichender für die Gottheit, als diese Kenntnisse auf Erden auszubreiten?* Jesus Christus docuerat in his terris, hunc Deum per filium homines

& velle abstrahere, a vitiis, & pignus certum salutis perpetuæ tradere generi humano. Ex hoc nonne elucet δοξα? Nonne ita sapiens & benignus fuit? Hac una voce consolari me possum: habes filium Dei, pro te traditum amicum. Addamus miracula Christi, quibus majestas Dei est illustrata. Addamus, quæ Jesus ipse dixit: *Ich bin eures Wohls wegen gesandt: deswegen hat mich Gott beglaubiget.* Ergo feci, ut innotesceret generi humano, qualis esset & quanta majestas tua. — Et alterum: καὶ πάλιν δοξασω, est eadem via & ratione reperiendum: Rursus efficiam, ut mea dignitas innotescat, ut post mortem filii mei innotescat hominibus Evangelium. *Man halte sich nur an den einzigen Gedanken: es ist ein einiger Gott, der uns von dem Laster abzieht, und glücklich macht:* modo ne subsistamus in uno verbo: Gloria, Dignitas, Majestas; sed δοξα τȣ Θεȣ est omnis ejus Perfectio. *Die Eigenschaften Gottes sind zu durchdenken, wenn man über seine δοξαν, Erhabenheit nachdenken will.* — Nunc sequuntur judicia de illa voce cœlesti:

v. 29.) *Multitudo, quæ adstabat, & audiverat, dixit, tonuisse: alii, angelum cum Christo locutum esse.*

Hæc non sunt ita capienda, quasi nemo adstantium ipsa verba distincte audiverit. Quorsum enim illis prolate essent, & quorsum diceret paulo post, propter homines adstantes illam vocem esse auditam? Sed his judiciis suis hæc dicunt: Deus per tonitru aut per angelum locutus est. Cum enim Deum loquentem suo modo describerent homines illi, vel eum per angelos loqui solere dixerunt, vel, per tonitrua alloqui homines. Hæc opinio eorum erit tenenda: intelligunt ea verba distincte, tandem modum, quo Deus sit allocutus, explicant alius per tonitru, alius per angelum.

v. 30.

v. 30.) *Jesus autem, auditis his hominum judiciis, addit, non propter me, sed propter vos hæc vox audita.*

Propter vos, ut intelligatis quicquid nunc mihi eveniet, & parvo eventurum esset. In eo est δοξασμος Dei & filii, ut omnia referantur ad δοξασμον τȣ͂ θεȣ͂. Jam hunc δοξασμον porro describit:

v. 31.) *Nunc est judicium hujus mundi: nunc princeps hujus mundi foras ejicitur.*

v. 32.) *Ego vero cum fuero ex his terris sublatus, omnes in meam pertraham societatem.*

Incipiam ab illo, quod princeps mundi foras ejectus dicitur. Caussæ vero, cur princeps hujus mundi sit intelligendus *Satanas*, sunt hæ: quia ipsi Judæi, qui sæpe de mundi principe loquuntur, mentem suam explicant ita, intelligi a se diabolum, Satanam. Et locos Judaicorum scriptorum post Ligtfoothium in horis ebraicis colligit ad h. l. Wettstenius. Hic usus Judæorum, Satanam appellantium principem mundi, passim in N. T. libris etiam reperitur.

Denique cum in 2 Cor. IV., 4. Deus mundi dicitur, qui, ut ex omnibus prædicatis apparet ibi etiam intelligendus est Satanas: vel, in Eph. VI., 12. ubi princeps mundi rursus commemoratur, prædicatis omnibus ducentibus ad ideam Satanæ. — Hæc de usu loquendi: — jam de aliis modis, quibus res hæc describitur. — Novimus igitur, commemorari ἐξȣσίαν τȣ͂ Σατανȣ͂, quam sive dicamus esse potestatem, sive regnum, dominium ejus; tamen ubi est ἐξȣσία alicujus, ibi etiam intelligi potest hic ut imperans, regnans. In imperante enim est: habere potestatem in alios. — Hic est Paralellismus. — Tertio de re & idea etiam est quærendum. Hoc disci potest perspicue ex Actor. XXVI., 16. Jesus, cum Paulo colloquens, introducitur,

citur, ubi eum præficit muneri doctoris: in v. 17. dicit, se mittere nunc Paulum ad λαὸν & ad ἔθνη, ad Judaicum Populum, ceterasque nationes: quorsum? ἀνοῖξαι ὀφθαλμὺς αὐτῶν — hoc est planum — ut tu eos imbuas intelligentia meliori; hujus institutione effectum est: ἀπὸ σκότυς εἰς φῶς τῦ ἐπιςρέψαι, ut converterent se ab ignorantia ad scientiam & cognitionem, jam, ut converterent se a potestate Satanæ ad Deum. Jam, quæso, quid Paulus inter Judæos egit, ut oculos illis aperiret, ut e potestate Satanæ ad Deum eos converteret, nisi docuit eos, ἀπιςιαν esse abjiciendam? Sic inter Judæos docuit, idololatriam esse deserendam: sic inter paganos docuit, a sceleribus & vitiositate ad vitam sanctam transeundum esse pagano & Judæo. Si vero hoc historia declarat, nihil aliud præter hæc dici „e potestate Satanæ ad Deum duxisse:“ ita fit, ut idea potestatis aut regni Satanæ his partibus constet: idololatria, ἀπιςία, sceleribus & vitiositate. Unde & additur: τῦ λαβεῖν αὐτὺς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ut illi fruantur peccatorum remissione, & κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις, participes felicitatis fiant. Nunc bona ergo narrantur, quæ sequuntur illam salubrem emendationem. — Jam his cogitatis, nonne intelligitur princeps mundi? nonne intelligitur, κοσμον esse omnes homines illos, qui sint idololatræ, ἀπιςοι, & flagitiosi? Horum hominum princeps dicitur foras ejici. In qua phrasi tropice illud inest: Et condemnari & propterea miserum fieri. Etenim tot parabolæ Christi, in quibus hoc occurrit, satis declarant: Fient miseri, condemnantur. Hunc usum loquendi indubitatum transferimus & in h. l. Sic princeps mundi dicetur: miser fiet. Miser autem fit, cum principatus imminuitur & destruitur. Atqui per Christum ejusque doctrinam, est ἀπιςία, idololatria, flagitiositas imminuta vehementer & destructa: per Christum igitur princeps hu-

jus

jus mundi factus est miser. *Unglaube, Aberglaube, Abgötterey, Ruchlosigkeit wird vermindert und zerstört.* — Jam propemodum omnia dixi, quæ de eo: „Κρίσις νῦν ἐςὶ τȣ̃ κόσμȣ τȣ́τȣ“ dicenda sunt. Jam: „κόσμȣ τȣτȣ κρίσις νῦν ἐςὶ“ rursus ita intelligo. Hoc: „κρισις ἐςι“: est ne nunc νυν tempore illo, de quo loquitur? Estne judicium proprie dictum? Non est. Estne pœna? an puniantur nunc illi απιςοι, idololatræ, & vitiosi tempore illo, quo Christus loquitur? Nec hoc video: ergo laxius erit illud: κρίσις νυν ἐςὶ τȣ́τȣ κόσμȣ, decernitur de hoc mundo: *Es wird darüber entschieden.* Quid autem hoc est? Nunc efficitur, ut hæc omnia minuantur vehementer & destruantur: *so wird über die damalige Verfassung der Welt entschieden.* Florebit Christianismus loco idololatriæ & απιςιας. Si opus est porro, adjuvare intelligentiam verborum; poterimus κοσμον exprimere sic: Regnum diaboli. Ita propemodum erunt paralella membra: *jetzt wird über das Reich des Satans entschieden: jetzt wird der Fürst desselben unglücklich gemacht.* — Jam de illo: νυν, vix est, quod admoneatur. Nunc omne tempus, secuturum hos sermones, erit intelligendum. Nunc Christus moritur, paullo post redit in vitam, redit in cœlos, *ein Zeitraum von ohngefähr 50 Tagen.* Quid inter hoc tempus accidit? Nonne est destructum regnum diaboli? Nonne sunt per Apostolos, idololatria, απιςια, vitiositas & flagitiositas imminuta? Et si velimus e rerum nexu tollere hoc: Christum mortuum esse, rediisse in vitam; non potuisset ejus doctrina propagari, & destrui regnum diaboli. *Jetzt geschiebt die Weltbegebenheit binnen etlichen Wochen, daß das Reich des Satans zerstört wird, daß es geschwächt wird.*

In

In v. 32. *Ubi ego ex hac terra fuero ſublatus, omnes in ſocietatem meam pertraham.* Omne hoc: *„ubi fuerit e terris ſublatus"* definitur illo antea: Hoc circiter ſpatium omne in ſocietatem meam pertraham. Id continebit *partim: per doctrinam meam efficiam meos ſectatores: partim: olim in meam felicitatis partem pertraham:* Prius illud: *„per doctrinam meam efficiam meos ſectatores"* non eſt negligendum. Nam dicitur, quod poſt exaltationem ſequetur; ſed poſt hanc factum eſt, ut traheret omnes in ſocietatem. De re poterit Cap. VI, 44. conferri. Hæc ſunt ſingula. — In his omnibus autem nonne eſt δοξασμος Dei & filii Dei? Cogitemus modo opus illud, de quo hic ſermo eſt, tantam commutationem orbis terrarum: Et hoc: *„omnes ad me pertraham"* nonne indicat, hunc, qui hoc fecit, dominum eſſe? His de cauſſis ſupra, ubi de Chriſti δοξασμω loquebar, ſic explicabam; Innoteſcet omnibus, Chriſtum fore caput omnium: & de Dei δοξασμω: innotuiſſe patris potentiam, benignitatem, ſapientiam ex omnibus, quæ Jeſu evenerunt.

De v. 33. jam bis eſt admonitum, Jeſum hic dixiſſe: ubi ego fuero ex hac terra ſublatus, omnes ad me pertraham: ut indicaret, quo genere mortis eſſet moriturus, in crucem ſublatus.

Jam non erit difficile, hoc nectere cum ſuperioribus, ubi occaſio ſermonis tradita eſt. *Die Griechen wollen Jeſum ſehen.* Dixit igitur & reſpondit: mihi imminet quidem gloria magna, ſed poſt magnas miſerias. Qui me ſequi vult, is debet ſequi idem factum, perpeti debet, & deinde ſequetur felicitas. *Wie er immer zu den Leuten ſagte, die ihm wollten nachfolgen. Weil denn nun der Gedanke vorkam: „es ſteht mir eine groſſe Herrlichkeit bevor"; ſo ſprach er von ſelber.*

v. 34.

v. 34.) *Hic objecit illi turba adstans: Nos audivimus e codice nostro, Messiam mansurum esse in perpetuum: igitur quomodo tu dicis, Messiam auferri e terra debere? Quisnam est ille Messias, de quo tu loqueris?*

In priori: „*didicimus e codice, Messiam in perpetuum esse mansurum*" succurrent nobis tales loci, ubi de æterno regno unius e posteris Davidis dicitur, & Ps. CX. Messias sacerdos æternus appellatur. Et sunt plura. Didicerant ergo e variis locis, Messiam in perpetuum esse mansurum. — Reliqua sunt plana. *Das sieht man aber doch, dass sie den Ausdruck: „ὑψωθῆναι" so gefasst: von der Erde weggenommen werden, wenn sie auch gleich nicht dachten: ans Kreuz gehangen, welches sie damals noch nicht wissen konnten.*

Antequam progredior ad sermones Christi, absolvam id, quod supra præmisi; nempe, quod *Filius hominis* sit titulus Messiæ simpliciter; unde perpetuo sic verti: Messias. Cum dico titulum Messiæ, dico, non esse cogitandum: habet igitur naturam humanam, aut: est humilis; *dass man nicht allezeit die Idee etymologisch entwickeln soll, sondern als einen Titel des Messias.* Videamus, quænam sint argumenta. Igitur ab initio dicunt Judæi Messiam τον Χριστον, & τον ὑιον τȣ ἀνθρωπȣ: Manebit igitur in perpetuum. Tu vero dicis, filium hominis auferri debere: sive dicat ὁ χριστος, sive: ὑιος τȣ ανθρωπȣ, permutat illa verba. *Es war für sie ein Titel, eine Benennung des Messias, Menschensohn.* Exemplum est Matth. XVI., 13. Ibi Christus: *quemnam homines me dicunt esse? An filium hominis? Discipuli respondent: Alii te dicunt Joannem, alii Eliam, alii Jeremiam aut unum prophetarum. Vos vero, inquit Jesus, quem me dicitis esse?*

Respondet Petrus: tu es Messias, ὁ χριστος. Poterat etiam dicere: tu es filius hominis, quia hæc ut Synonima permutantur. De caussa nominis quærere non est difficile. Cum enim constaret, Messiam e posteris Davidis fore, quid mirum est, eum dictum fuisse *ein Mensch*, plane, ut interdum dictus est alter Adam κατ᾽ ἐξοχην, *der zweyte Mensch, der mit Adam viel Aehnlichkeit hat.* Quando autem hoc ortum est nomen, id dirimi non potest. Sufficit, ex N. T. intelligi, Judæos nunquam dubitasse, quid hoc esset: υιος τȣ ανθρωπȣ, & ut titulum Messiæ accepisse. *Vielleicht kann die Erinnerung an den Gedanken hie und da seinen guten Nutzen haben. Wir lasen z. E. oben: der Vater hat dem Sohne die Macht gegeben, das Gericht zu halten, weil er des Menschen Sohn ist, weil er der Messias ist, den Gott zum Herrn und König über Alles bestimmt hat.* Soleo commemorare librum, superiori seculo scriptum a Galliardo quodam, qui inscribitur: Specimen quæstionum de filio hominis, 1684: præterea conferri potest Commentarius in Matth VIII, 20.

Sed nunc videamus, quid Jesus respondet:

v. 35.) *Per breve tempus lux vobiscum est: incedite, quamdiu lucem habetis, ne caligo vos opprimat: qui enim in caligine obambulat, is nescit quorsum abit.*

Quamdiu habetis lumen; An est hic responsum ad illam dubitationem? *Wie paßt das zusammen? Es ist keine Auflösung des Zweifels?* Summa est hæc: utimini me doctore & admonitore, quamdiu apud vos sum; cetera olim usu discetis: utimini me, quamdiu vobis interero: non autem diu interero. Ad reliqua, quod Messiæ perpetuitas non conveniat illi: „Messiam e terris sublatum fore" non diserte respondet; sed responsio est expressa per Allegoriam in hoc

v. 35.

v. 35. quam, si opus fuerit, illustrabo. Primum „*Lux per tempus breve vobis interest*“ non habet obscuritatem, cum sæpe antea Christus Lux fuit Christus doctor & monitor: igitur: non diu doctor & monitor vester interero.

Alterum: „*obambulate, quamdiu lucem habetis, ne caligo vos occupet*“ est e communi quidem vita planum: Ergo adplicatio ad hanc rem tangenda erit. Illud igitur: „*obambulate, quamdiu lucet,* est exemplum negotiorum, quæ interdiu tractare solemus, cui possumus substituere genus: Tractate negotia vestra, quamdiu lucet. Sed hoc nunc in Allegoria erit: Præstate officium quod præstare debetis, vel, suscipite doctoris vestri doctrinam, quamdiu adest. In hoc nil aliud esse, v. 36. satis declarat, ubi dixit:

v. 36.) *Quamdiu fruimini hac luce, credite in illam* i. e. *Geht einher, so lange es helle ist, treibet eure Geschäfte, so lange es Tag ist*, præstate officia vestra.

Reliqua vix verbis egent. *Ne caligo vos occupet*, i. e. ne destituti hoc duce & doctore erretis, & inscii sitis. — Denique in v. 36. „πιϛεύετε εἰς τὸ φῶς, ἵνα υἱοὶ φωτὸς γένησθε“: ut filii lucis sitis. Si Lux est Doctor, & mox Filius lucis necessario est Discipulus illius doctoris, cum constet & ex aliis locis, & e communi vita. Doctor habet filios, i. e. discipulos, Ergo studete, ut sitis in numero discipulorum meorum.

v. 36.) *Hæc locutus Jesus abiit, & intra privatos parietes vixit,* non prodiit.

v. 37.) *Etsi vero tot ediderat miracula, spectantibus illis, tamen non fidem habuerunt illi:*

v. 38.) *Ut dictum Jesaiæ Prophetæ eventu comprobaretur, quod sic proposuit: Domine, quis fidem habet nostræ institutioni, & cui potentia Domini satis perspecta & cognita est?*

Verba Prophetæ ſunt e Jeſ. LIII., 1. igitur ex illo loco, ubi de futuris illis Meſſiæ miſeriis prædicuntur multa; ut adeo ex hoc quidem capite hic quam commodiſſime petitus ſit ille locus: nempe, uti propheta dixit, ita Meſſias etiam conqueri poteſt. In verbis prophetæ primo illud: Τίς ἐπίςευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν ubi ἡ ακοη ebraico verbo שְׁמוּעָה reſpondet, quod verbum non modo eſt Auditio, ſive, actus audiendi, ſed etiam Auditio, ſive, Id quod auditur, diſcitur; ut auditio noſtra ſit, Id quod a nobis auditur, Inſtitutio noſtra. Exempla in quolibet lexico occurrunt.

In altero: cui brachium Domini eſt revelatum? Brachium Dei eſſe Potentiam Dei, quem fugit? Nunc commode potentiæ fit mentio, cum antea dixerat: *etſi tot ediderat miracula, tamen non fidem habuerunt illi*; ut potentia in vita Meſſiæ ſpectata ſæpe eſt, tamen non fidem habuerunt. Ergo: cui revelata eſt potentia Domini? hoc ad literam non eſt verum. Eſt multis revelata: Prophetæ de illa locuti ſunt, & etiam Chriſtus de ea eſt locutus. Ergo illud: *„cui revelata eſt"* maxime ſpectandum eſt ex ſequentibus: Cui revelata eſt ſic, ut perſuaſum ſibi haberet? Quod expreſſi in verſione: cui potentia Domini ſatis perſpecta & cognita eſt? *Belehrt ſind die Menſchen davon worden, aber ſie ſaben es nicht ein.*

Sequitur locus alius:

v. 39.) *Propterea non poterant fidem habere Meſſiæ, quia rurſus Jeſaias dixit:*

v. 40.) *Excæcavit oculos eorum, obduravit animos eorum, ne cernerent oculis, aut intelligerent mente, aut redirent ad me, ut ego illos ſanare poſſem.*

Hic locus, quam duritiem habeat, quilibet ſentit. Sunt vero hic primo Joannis verba mitiganda inter-

terpretando; tunc de modo laudandi loci videamus.

Jam igitur τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς: quis excœcavit, non narratur; relinquitur, ut Deus intelligatur, quia & aliis in locis dicitur Deus ſtuporem, ſomnolentiam indidiſſe, ne viderent. Talia vero de Deo dicta, novimus ſic mitigari ſolere a nobis, ut Deus, hæc faciens, intelligatur Deus, ut hæc fiant, permittens, quia cum natura & attributis Dei conſtare non poteſt, Deum excœcare aliquem. Unde hæc mitigatio non tam eſt in verbis, ſed in re, in cogitatione naturæ divinæ & attributorum. — In modo laudandi loci occurrunt illa: non potuiſſe propterea credere hoc, quia in propheta Jeſaia ſcriptum eſt; ergo Deus non fruſtra prædixit, & uti prædixit, ſic evenerunt. Deum non falſa dixiſſe, id quoque ſentio, non tam in verbis eſſe, ſed in re, dum cogitamus omnem nexum rerum, quas Deus prædixit. Sed præter hæc, quæ & aliis locis ſimul communia ſunt, eſt in v. 40 aliud offendiculum: quod Jeſaias hæc verba plane non ſic profert, uti hic a Joanne proferuntur. Non eſt enim ibi: excœcatio illorum oculorum, ſed eſt ibi in Jeſ. VI., 9. *Tu*, Jeſaia, *ito & excœcato oculos hujus populi*. Quæ quidem omnium interpretum conſenſu hunc habent ſenſum: Ito & declarato, eos eſſe pertinaces, *Klage ſie der Blindheit, Hartnäckigkeit an*. Sic igitur aliter ibi, quam hic proferuntur, & ſic hæc verba in N. T. non raro inveniuntur, ut in Actis, Capite ultimo, ſub finem. Hic igitur fateor, videri mihi Joannem hæc verba memoriter petiiſſe, cujusmodi citationum & alibi in libris N. T. reperiuntur exempla. Sed ita multo magis aſſerere licebit, Joannem nonniſi loci ſenſum utcunque exprimere voluiſſe. Cum igitur habeat locus hic nonnulla cogitatione digna, dabitis operam, ut his dictis utamini.

In v. 41. *Hæc dixit Jesaias tum, cum majestatem illius adspectabili modo vidit, & de eo locutus est.*

In loco Jesaiæ, Cap. VI., describitur illud visum, quo Deus in throno sedens, cinctus Seraphis, ut magnates, describitur. Unde „*videre gloriam Dei*" ex illa narratione facile definiri potest: Adspectabili modo majestatem Dei videre; insignem se offerre conspiciendum; illo igitur loco ἐλάλησε περὶ αὐτῦ, de eo locutus est. Sed superiora omnia pertinebant ad Jesum, ad ejus miracula, ad Judæorum contemtum adversus eum; tamen est in fine: ea de Jesu dixisse. Igitur hic locus in classem eorum referendus est, qui, agentes in V. T. de Deo, transferuntur ab Apostolis in Jesum.

v. 42.) *Verumtamen etiam in magistratibus multi susceperunt doctrinam Christi; sed propter Pharisæos non palam professi sunt, ne prohiberentur sacris & communione popularium suorum.* —

Verba sunt Cap. IX., 12. illustrata. Additur caussa:

v. 43.) *Appetebant enim hominis adprobationem multo plus, quam adprobationem Dei.*

Hæc Cap. V., 42. illustravi

Quæ nunc sequuntur, superius jam passim tradita sunt usque ad finem. Non est igitur, cur singulis versionem adjiciam. Addam interea nonnulla.

v. 44.) *Jesus clamans dixit:* Atqui vero paullo antea v. 36. legimus: *hæc Jesus locutus abiit & intra parietes privatos vixit:* Nunc rursus dicitur clamasse & dixisse. Ubi ergo dixit? Cui, quando dixit, cum tamen de eo nunc latitante fuerat sermo? Poteram dicere hæc, quæ in nostro loco dicantur, eum discipulis suis dixisse privatim; tamen non video, cur

hoc

hoc modo dicatur: ἔκραξε καὶ εἶπε. Etsi enim illud „Clamavit" urgeo; tamen scio, „εκραξε και ειπε" esse: *Palam dixit.* Sic hoc legimus de Joanne, sic de Jesu in templo. Non convenit ergo ei latitanti: hoc igitur repudiat illam explicationem. — Poteram dicere, Jesum inter abeundum hæc dixisse; foret tamen hic mirus ordo narrandi, primo scribere: *so sprach er, und nun gieng er fort, und lebte im Verborgenen:* nunc additur: crediderunt magis hominibus, quam Deo: *und nun: indem er fortgieng, sagte er noch:* Hoc „inter abeundum" ego addo. — Proponam igitur aliam rationem. Liceat mihi sic dicere: Jesus vero per triennium illud variis locis & temporibus palam & libere dixit. Scio, me hic quoque addere aliquid; sed habeo tamen caussam. Nam omnis ille locus est manifeste Summa totius Evangelii Joannis, quod hactenus perlegimus, summa omnium sermonum, quos Jesus per triennium illud habuit. Verum cum est ob oculos summa, quidni interpreter: *Er pflegte in seinem Leben zu verschiedenen Zeiten zu sagen und zu schreyen?* Sic meo quidem sensu poterit hoc capi; non pugnabo tamen cum ullo. Percurramus, si opus fuerit, locum. Illud igitur: *Qui in me credit, non in me credit, sed in eum, qui me misit"* occurrit Cap. V., 23. ubi etiam versio mollior est tradita: Non tam in me, quam in illum.

v. 45.) *Qui me videt, videt eum, qui me misit.*

Hoc Cap. VI., 36. explicatum est. Erat autem „*Videre*" audire Jesum; e consequenti: Nosse eum ejusque doctrinam. Unde nunc rursus: qui me novit, is novit eum, qui me misit; meam doctrinam noscens, Patris doctrinam novit. Mox ad Philippum multa sunt de hoc dicta.

v. 46.) Εγὼ φῶς εἰς τὺν κόσμον ἐλήλυθα &c. Repetamus Caput. VIII., 12.

v. 47.) Hic versus per partes repetatur, necesse erit. Primo sunt definienda: *Si quis meam doctrinam audiverit, & in me crediderit, hunc ego non judico.*

Hoc eget explicatione; sed ea est reperienda in versu sequenti, a quo ut faciliori incipiemus. In illo loco sub finem est:

v. 48.) *Doctrina, quam ego trado, judicabit hominem illum die extremo.* — Homo secundum eam doctrinam judicabitur, sortem constitutam hac doctrina accipiet. Ergo & illud sub initio v. 48. *qui non suscipit doctrinam meam, is habet judicem suum.* Ergo jam per doctrinam declarata satis est pœna απιςίας, *Es braucht keiner Strafe, die man noch nicht wüßte: die in der Lehre bestimmte Strafe wird erfolgen.* — Nunc redeamus ad v. 47. Qui meam doctrinam audiverit, & in me crediderit, *hunc ego non punio, huic ego non infligam novas, incognitas ipsi, pœnas.* Pœna illa jam est constituta & decreta per doctrinam meam. *Ich brauche weiter nichts zu thun: das Wort ist da.* Manet illud: periturum esse απιςον.

Reliqua pars v. 47. „*Non enim veneram, ut homines redderem infelices, sed ut servarem eos*" Cap. III., 17. jam occurrebat.

In v. 48. restat: ὁ ἀθετῶν ἐμὲ, καὶ μὴ λαμβάνων τὰ ῥήματά μȣ &c. Verbum autem ἀθετειν cum in scriptoribus græcis, tum in libris N. T. est: Irritum facre aliquid, i. e. rei autoritatem & pretium detrahere. Igitur hic: homo autoritatem detrahit legi, violat legem; itaque doctorem homo irritum facit, autoritatem detrahit, repudiat eum, non assensu suo eum habet dignum.

Καὶ

Καὶ μὴ λαμβάνων τὰ ῥήματά μου, hoc est *ἀθετῶν τα ρηματα μου.* Exemplum doctoris, qui repudiatur, est 1 Thess. IV., 8.

v. 49.) Hoc l. dicit, quæ sæpe legimus: *Ego non e meipso loquor, sed Pater mihi mandata dedit:* qui me misit, is in mandatis mihi dedit, quæ doceo.

CAPUT XIII.

In hoc capite de Christi actione, qua discipulis suis pedes lavit, & res ea inter cœnam accidisse dicitur. Quæ cœna sine dubio est ipsa illa, in qua sacra cœna est instituta. Etsi enim Joannes de hoc nihil tradidit, omnia tamen, quæ insunt in hoc capite, conveniunt cum ceteris Evangelistis ita, ut haud dubie illa ipsa cœna sit intelligenda, qua simul sacram instituit cœnam. Quid est ergo statim ab initio „*ante sacra paschalia?*" Id per se non est definitum satis. Num est: Paulo ante, aut Diu ante? Sed ex ante dictis intelligitur, in illo: *πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα*, esse: Biduo ante paschalia sacra. Sic enim hæc vesperi incidunt, quo die constat cœnam illam fuisse institutam. Videamus narrationem ipsam.

v. 1.) ***Biduo ante paschalia sacra cum Jesus sciret, venisse jam tempus, transeundi ex his terris ad Patrem,*** *εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτοὺς*, ad finem usque amavit discipulos suos, *ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους ἐν τῷ κόσμῳ* ***uti suos hos in his terris amaverat.***

In verbis extremis: „*amavit hos ad finem usque*" erit nominatim: Amoris constantissimi documentum insigne his dedit. Caussa est, quia præcesserat id: ***cum sciret, sibi nunc esse discedendum ex his***

terris.

terris. Igitur sub finem vitæ iis exhibuit insigne documentum, quod est in ipso illo pedilavio, quo symbolo animi submissionem & mutuum amorem docere voluit. Credo hoc esse insigne amoris documentum, quo inculcare voluit: Sitis animo submisso & amate vos invicem.

In v. 2) *Ergo, ut daret iis hoc documentum amoris, sumtis cibis, quamquam diabolus jam injecerat animo Judæ Simonis Ischariotis hanc voluntatem, ut Christum proderet hostibus,*

v. 3.) *quamquam porro Jesus noverat, omnia sibi a patre esse tradita, seque venisse a Deo, & ad Deum abire;*

v. 4.) *tamen surgit e convivio illo, & depositis vestibus, sumtoque linteo, se cinxit.*

v. 5.) *Deinde aquam in pelvim infundit, cepitque pedes discipulorum lavare, & abstergere linteo, quo erat cinctus.* —

De v. 2. & 3. erit dicendum. Primo in v. 3. *Pater filio omnia tradidit in manus,* sive aliis verbis, *Dedit filio imperium, dominium in omnia.* Quo audito, maxime intelligitur illud: Datum esse Christo hoc, ut sit dominus & caput omnium hominum, cœtus sui nominatim. Unde sive dixero: Pater omnia tradidit in manus ejus, sive, Pater eum voluit esse Messiam, Regem, Dominum, Caput: hæc redibunt omnia eodem. Rem qui cogitando prosequi volunt, conferant Cap. III., 35. aut Matth. XI., 25. Sufficit, sic hic intelligi magnitudinem Christi.

Alterum est: Sciebat, *se a Deo venisse in has terras, & ad Deum reverti.* Quæ sunt in se perspicua; tamen hæc ea spectantur parte, qua magnitudinem Christi illustrant. Venit a Deo: sæpe de hac sua peculiari dignitate dixit. In altero est res manifesta: Revertitur ad Deum, ibi sedet Deo dextera, cum

Deo

Deo imperat. Quod si hæc continent descriptionem Christi; jam nexus & versio est in promtu. Sic igitur necto: Jesus sciens, se esse hac tanta magnitudine, surgit, & pedes discipulorum lavit, se demittit hic, ut pedilavio fungatur, quamquam sciebat suam magnitudinem. In v. 2. est pars nexus: quamquam diabolus injecerat animo Judæ Simonis Ischariothis hanc voluntatem, ut Christum proderet, — quamquam —; tamen his discipulis, huic etiam Judæ pedes lavat, etsi sciret, quid ille haberet in animo, diabolum indidisse in mentem, quid? Recurrit infra circa v. 20. ubi de utroque loco conjunctim monere debeo.

v 6.) *Cum igitur ad Simonem Petrum accedit; ille, Domine, inquit, tu pedes meos laveris?*

v. 7.) *Respondet ei Jesus; quod ego facio, id tu nunc quidem non perspicis, perspicies vero post.*

Sed postea explicat Christus, quid sibi voluerit hoc pedilavio, disciplinam submissi animi in hac re esse.

v. 8.) *Sed Petrus: nunquam pedes meos laveris. Sed Jesus: si non lavero te, nulla potest esse inter nos mutua amicitia & familiaritas.*

De phrasi ipsa non opus est verbis: ἐχειν μερος μετα τινος, cum aliquo familiariter conjunctum esse. De re: cum verterim: „*nulla est inter nos mutua amicitia & familiaritas*" volebam hoc, quod nos dicimus: *So kündigest du mir die Freundschaft auf*, sic ego interpretor, te nolle amplius meum esse amicum, si non patiaris, per symbolum hoc doceri a me: *willst du meine Disciplin der Demuth nicht annehmen*, hoc ita interpretor, quasi tu renunties meæ amicitiæ.

v. 9.

v. 9.) *Ad hæc Simon Petrus: Domine, lava non solum pedes, sed manus etiam & caput, si ita spectas, ut corruat nostra amicitia.*

v. 10) *Jesus tum: qui lotus est, non indiget præterquam pedilavio, sed est totus purus: igitur vos estis puri, veruntamen non omnes.*

v. 11.) *Noverat enim, quis eum sit proditurus hostibus. Proinde dixit: Non omnes estis puri.*

In v. 10. ὁ λελϐμένος historice intelligendus est, non tropice aut moraliter. Ergo ὁ λελϐμένος, qui nunc a me actione symbolica est lotus. Nunc a Christo actione symbolica lavatur aliquis. Qui igitur sic est lotus, is non indiget præterquam pedilavio. Nam nunc quæritur symbolum & disciplina virtutis, animi submissi. Ad hoc pertinet pedilavium: Non opus est, ut manus & caput laventur: sufficit pedilavium. *Wer jetzt von mir in der symbolischen, bildlichen Bedeutung gewaschen wird, der braucht nur das Fußwaschen.* Ergo *ille homo est totus purus,* quatenus purus fit per symbolum actionis; igitur purus a vitiositate quadam. Verum per hanc actionem symbolicam volebat Christus arrogantiam & fastum detrahere: Quem ego lavi, ille est totus purus: Satis est, ut illi homini sit detracta vitiositas. Ergo vos estis puri, vobis nunc est a me detractus fastus & arrogantia, *ich habe euch durch diese Handlung gebildet.* Sed *non omnes estis puri:* unus inest, apud quem nil proficit mea doctrina, quem frustra ad animi demissionem adducere volo.

v. 12.) *Postquam igitur pedes eorum lavit, vestesque rursus sumserit, accubuit denuo mensæ & hæc interrogavit:*

v. 13.) *Intelligitisne, quid vobis nunc exhibuerim? Vos me sic alloquimini: Doctor, Domine: & dicitis recte.* v. 13.

v. 14.) *Si igitur ego, doctor, pedes vestros lavi: vos quoque invicem debetis pedes lavare.*

v. 15.) *Exemplum vobis exhibui, ut, quemadmodum ego tractavi vos, ita & vos invicem tractetis.*

v. 16.) *Confirmo vobis, non esse ministrum, conditione meliori quam dominus ejus, neque legatus meliori est conditione, quam qui eum miserit.*

Δȣ̃λος ἔςι μείζων τȣ̃ κυρίȣ αὐτȣ̃: μείζων vertebam: meliori conditione. Volo autem hoc: minister non debet sibi meliorem optare sortem, quam Dominus. *Mußte sich sein Herr so tief herabsetzen; so muß dies sein Diener auch thun.* Infra hoc eodem sensu denuo dicetur.

v. 17.) *Cum hæc scitis, felices estis, si secundum hæc vitam instituatis.*

Vix est, quod addam. Sic manifestum est, alterum alteri se postponere debere, nec alterum alteri se præferre.

v. 18.) *Non de vobis omnibus loquor: novi ego, quos mihi delegerim; sed ut eveniret aliquis locus scripturæ: Familiaris meus me contumeliosissime tractat.*

v. 19.) *In præsenti vobis dico, antequam eveniat, ut, cum eveniet, credatis, me esse.*

v. 20.) *Confirmo vobis, eum, qui excipit, quem ego misi, excipere me, & eum, qui me excipit, excipere eum, qui me misit.*

v. 21.) *Hæc locutus, perturbatus est animo & dixit: unus vestrum me prodet hostibus.*

Hoc non videtur satis cohærere: transit oratio ab uno ad alterum.

In v. 18. *Non de vobis omnibus loquor,* dum vos hortor ad illam animi submissionem & imitatio-

nem

nem mei. Ego novi, quos mihi delegeram comites vitæ meæ per triennium, futurosque doctores sive Apostolos. Res sic est definienda certe, nam sic definitur Cap. VI., 70. Novi, quos mihi delegeram discipulos, novi indolem eorum, qui sint mansuri mei, & qui sint discessuri. Verum ut constaret illius dicti eventus: *Familiaris meus me contumeliosissime tractavit.* Non reddam rationem hujus versionis: est, ut opinor in promtu. *Nur ist dieser Vers etwas kurz ausgedrückt.. Wir müssen also den ganzen Zusammenhang zusammennehmen.* Dum de mei imitatione loquor, non loquor de vobis omnibus. Novi indolem eorum, quos elegeram mihi comites, & futuros ministros, quosdam esse bonos, unum esse malum & impium: verum — addendum nunc est — propemodum non potest aliter fieri, quam ut unus sit impius. Legimus enim alicubi: Familiaris meus me contumeliosissime tractavit: sed quemadmodum igitur in vita communi inter optimos amicos est quidam ut incipiat fieri osor, quemadmodum in historia Davidis Ps. XLI., 10. unus est, contumeliose tractans eum; ita valet etiam hoc de me: Familiaris meus me contumeliosissime tractat.

In v. 19. *Nunc vobis dico, antequam fiat:* quidnam? partim id de Juda, futuro proditore; partim, quæ antecesserunt hunc locum: Me imitemini, minister se debet postponere aliis, uti doctor se postposuit. *Jetzt sage ich Alles das voraus* de Juda, de futura vestra sorte, ut, cum evenerit aliquando, credatis, *me esse*, me esse eum, quem me esse sæpe dixi, uno verbo, me esse legatum illum divinum, ad vos missum, de quo Cap. VIII., 24. dictum erat. Igitur cum talia evenient, cum Judas me prodet, cum vestra vita erit hoc modo spreta & humiliata; nolite scandalizari, uti est in aliis locis. *Also das soll der*

gött-

göttliche Gesandte seyn, um dessen willen wir so viel leiden müssen. Ex his omnibus concludite, me hæc omnia scivisse, me non esse abjiciendum aut deferendum.

In v. 20. Quia igitur prædixerat multiplicem calamitatem, nunc dicit: Qui vero excipit meos legatos, is excipit me: & qui me excipit, is excipit eum, qui me misit. *Nun folgt:* Non omnes homines vos spernent, humiliabunt aut depriment: erunt etiam, qui vos excipiant. *Diess ist eine Beruhigung.* Hos, qui vos suscipient, præmiis ornabo: *diess ist die zweyte Beruhigung.* Tanta est, ut ita dicam, in meis oculis vestra dignitas: nolite igitur desperare, si depressi & abjecti estis per vitam vestram. Reliqua non habent obscuritatem.

In v. 21. *Animo perturbatus, disertis verbis confirmavit: unus vestrum me prodet hostibus.*

v. 22.) *Hic unus alterum intuebatur, quia dubitabant, de quonam loqueretur.*

v. 23.) *Unus vero discipulorum ejus accubabat ad sinum Jesu, quem Jesus amabat.*

v. 24.) *Huic nutu significat Simon Petrus, ut percontaretur, quisnam esset, de quo loqueretur.*

v. 25.) *Ille igitur recumbens, reclinatus ad pectus Jesu, interrogat eum: quis est Domine?*

v. 26.) *Et Jesus respondet: ille est, cui ego intinctam offulam porrigo. Sic intinxit offulam, & porrexit Judæ Simoni Ischarioti.*

v. 27.) *Sumta offula, tum Satanas eum est ingressus. Dixit igitur ei Jesus: quod facere vis, id fac celeriter.*

v. 28.) *Hoc vero nemo accumbentium intelligebat, quorsum hoc illi diceret.*

v. 29.) *Nonnulli putabant, quia cistulam servabat Judas, Jesum ei dicere: Emas, quibus opus*

opus est ad sacra paschalia: aut ut daret pauperibus.

v. 30.) *Ille vero, offula sumta, statim abiit: erat autem nox.*

Igitur in v. 2. Satanas dicebatur, εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος βεβληκὼς: hoc in v. 27. Satanas eum invasisse dicitur. Jam quidem in se si grammatice spectetur versio, nil est in re obscuritatis. Primum enim illud: „εἰς τὴν καρδίαν τινὸς βάλλεσθαι" usurpant etiam alii scriptores, & est ubique hoc: Instigare aliquem. In altero autem: „εισερχεσθαι εις τινα" si comparentur Dæmoniacorum descriptiones, in quibus sæpe hoc occurrit, ubique locum habet illud: *Invasit eos.* Ac talem versionem arbitror tenendam esse; quælibet enim recessio a versione tali, est potius interpretis explicatio. Hic quæritur in vertendo, quæ scripserit Joannes, non quo modo interpres mitiget & explicet. Manebit igitur versio: Inuasit eum. Deinde, si quæratur, utrum talis versio sit urgenda, acceptis verbis maxime proprie, an possit laxior intelligi sensus, id partim pendet a re, partim a Natura sermonis. De re, sive, de difficultate, quæ sit in operatione Satanæ, nunc dicere non possum: non enim finem nunc reperirem. De natura Sermonis hoc erit dicendum in præsenti, verba urgeri maxime proprie. Est igitur in priori illo: Instigare, Excitare in animis hominum tales ideas, & per has voluntatem mentis. In altero loco: Satanam invasisse eum, maxima proprietas foret, vel corpus invasisse, vel animum. De corpore nemo non intelligit, non fuisse, ut ajunt, obsessionem corpoream, sed pertinere ad animum: inuasit animum ejus. An non igitur hoc: „*in animum ejus inuasit*" ut infra illud esset? Hoc vix dici potest, nec opus quidem est. Quid est igitur, sensum horum efficere laxiorem per naturam sermonis? Si

prius

prius illud: „*Instigavit eum, ut proderet Christum*“ referamus huc, & exprimamus sic: *In mente ejus exortam esse hanc diabolicam cogitationem, diabolicum propositum, Wir würden sagen: ein teuflischer Gedanke, ein Teufelsgedanke stieg in ihm auf.* Hunc sensum verborum nonne patitur natura sermonis? Puto: quis enim nescit, sic loqui solere homines, ut non semper cum ακϱιβεια summa verba sua urgeri, maxime proprie intelligi velint. Et in hoc est natura sermonis. — Deinde, hoc supposito in universum, nos Christiani ex his libris sacris accepimus tales loquendi modos: *es ist ein teuflischer Gedanke, es ist ein teuflischer Anschlag, es ist ein Anschlag aus der Hölle;* tamen nemo nostrum, ut opinor, ubi talia dicit, vult maxime proprie verba sua intelligi, tanquam ideæ sint excitatæ ab Satana. Quid ergo, si fœditatem & summam gravitatem, quæ in cogitationibus, consilio & proposito inest, si hanc sic exprimere solemus, & complicatæ ideæ nobis sunt hæ: *Hæc cogitatio est tam fœda, tam abominanda, ut vix videatur venire posse homini in mentem?* Hoc ipsum tamen rursus illustravit natura sermonis. Poteram, sed nolo, poteram commemorare etiam aliarum gentium loquendi formas, quæ a malo spiritu, a malo genio sæpe instigatos homines dicunt; ubivis tamen sic, ut summa fœditas propositi & consilii indicetur. Sed hoc non urgebo, ne videar, quamquam res nihil incommodi habeat, ne videar ex his paganorum formulis illustrare velle nostrum locum.

De altero: „*Satanam invasisse Judam*“ possum, quam brevissime rem tradere. Jam non intelligitur hic corporea obsessio, sed spiritualis, quæ est operatio Satanæ in animo hominis; si tu quid agere velis. Pro hac maxima proprietate verborum jam de laxiori explicatione erit dicendum. Quod si cum hoc: „*Inuafit*

ſit animum ejus" comparemus loca, in quibus verba eadem dicuntur; ſi placet, inſpicere poſſumus, 2 Tom. II., 26. Jubemur ibi adverſarios religionis manſuete erudire, num fortaſſe Deus iis μετανοιαν ſit largiturus, ut redeant ad veriorem cognitionem, & ut expergeſiant e laqueis diaboli, quia capti ſunt eis ſecundum ejus voluntatem, pro ejus arbitrio. Video hic hominem dici captum laqueis diaboli: in quo quis non ſaltem aliquid tropi ſentiat? quis non concedat, eſſe: Conſtrictos eos teneri ab eo? Hoc ſuſpicor defendendum ubique. Verum: *Conſtrictum teneri ab aliqua re,* eſt idem quod: in ejus poteſtate eſſe. Si igitur hoc ſumo & hoc in loco: *„eum invadere animum hominis"* non poſſum reperire diſcrimen. *Er geht in die Seele, wirket in ſie,* tam captum tenet animum, conſtrictum tenet animum, animus eſt in ejus poteſtate. Lego igitur hic, omnes homines eſſe in poteſtate diaboli, alio verbo, in regno ejus, alio, τεκνα eſſe διαβολȣ, alio, imitari eum: nonne hoc novimus ex conſenſu locorum N. T. hæc omnia dici de hominibus improbis? Hic igitur eſt ſenſus laxior, ſi referam hæc: *„in poteſtate ejus"* eo, ut omnino homines pravi dicantur eſſe in pravitate ejus. — Scio etiam, ſic non eſſe rem expeditam; tamen dicebam de ſenſu proprio, aut maxime poſſibili & proprio, cum cauſſis. — De reliquo, ſi quid diſcriminis ſit in utroque loco quærendum, fuerit hoc: ut in v. 2. ſit: Factum eſt initium propoſiti ejus: in altero verſu: plane infixit in animo hoc propoſitum. *Es war ihm nicht mehr möglich, dieſen gefaßten Gedanken und Entſchluß in ſeiner Seele zu überwinden.* Ad altiorem quandam cauſſam reſpicitur, ut exprimatur: *es geſchahe hier etwas, daß dem Menſchen, nach ſeiner Natur zu denken, beinahe unmöglich iſt.* —

Tran-

Transimus nunc ad v. 31. Cum vero de δοξασμῳ Patris & Filii superiori capite sit dictum, licebit nunc uti h. l. periphrasi, sumtis illis superioribus.

v. 31.) *Cum igitur abiret, dixit Jesus: Nunc illustrata est Dignitas & Majestas*, sive, dominium Messiæ in homines omnes; και ὁ Θεος &c. *Quemadmodum* (sic est illud και) *Deus Pater, Dei Patris Dignitas & Majestas per filium, per ejus vitam & doctrinam satis innotuit hominibus.*

v. 32.) *Si Dei Patris dignitas innotuit hominibus per filii vitam & doctrinam; etiam Deus palam filii sui dominium per se, durch seine Wirkung*, per opera sua, quæ est Evangelii propagatio, *& mox palam faciet hanc dignitatem & dominium filii sui.*

Unum his erit addendum: νῦν ἐδοξάσθη ὁ υἱος τῦ ἀνθρωπυ, jam glorificatus est Messias ille. Sed nondum erat glorificatus, cum hoc dixit; δοξασμος ille demum factus est per mortem. Ergo sensus debet esse hic, (quod video tradere omnes): Nunc δοξασμος Filii ita prope instat, ut jam factus esse videatur: *es ist so gut, als wenn seine Herrschaft angegangen sey*, tam prope est ut idem sit, ac si jam incepisset. —

v. 33.) *Non diu vobis, Carissimi, intererо: desiderabitis me, sed quemadmodum dixi Judæis: quorsum ego abeo, vos non potestis pervenire, sic etiam in præsenti vobis dico.*

Sensus non est obscurus: *non poteritis nunc mecum mori.* De reliquo: ubi hoc Judæis dixit, non dixit hoc sensu: *ihr könnet jetzt nicht mit mir sterben.* Verba sunt eadem: alio autem sensu dicit ad Judæos, alio sensu hic ad discipulos. *Man vergleiche die Stellen, wo dieses vorkam:* Cap. VII., 33. VIII., 22. *In der erstern Stelle heißt es:*

 non

non poteritis me sequi in cœlos, ut ibi insidias mihi struatis. *In der andern Stelle ist der Sinn:* Non poteritis ad eam felicitatem pervenire, ad quam ego perveniam. *Hier in unserer Stelle ist es wieder etwas anders:* non potestis mecum mori. —

v. 34.) *Trado vobis præceptum novum, ut vos invicem ametis, & quidem, ut vos invicem ametis, quemadmodum ego vos amavi.*

v. 35.) *Hac re agnoscent omnes, vos esse discipulos meos, si mutuo fueritis invicem amore.*

Quod hic agendum sit, quis non videt? — Quare præceptum nominatur Novum? Cogitemus nunc duo. Quanam ratione? Duplici: hoc præceptum amoris describitur hic ita: *semel, ut vos invicem ametis, quemadmodum vos ego amavi.* Non frustra illud additur: Præceptum Novum vobis trado, ut vos invicem ametis, & quidem — *das ist offenbar der Zusatz* —, ut vos invicem ametis, quemadmodum ego vos amavi, quare amor mutuus intelligendus est. Alterum est, quod vult: Hoc signo volo meum agnoscere sectatorem. Amor mutuus igitur, ut signum *der Nachfolge Jesu* definitur. — Liceat paulisper hæc prosequi, & hæc duo cogitare, breviter tamen: — Amor mutuus, qui ad exemplum Christi conformatus est, & præstatur ei, est in eo, ut cum ago id, quod ille egit, tale, quale ille egit. Ergo agas ita, quia tibi exemplo præivit: *Also: Aehnlichkeit des Betragens:* — *Wie er:* — *Grund der Verbindlichkeit:* — *so wie er.* — In hoc altero amoris mutui signum erit, quo cœtus agnoscetur. Si autem alicujus societatis signum, quo discernitur ab aliis, si hoc cogito ut officium; hoc officium necessario dicendum est Officium summum: *die charakteristische Pflicht einer Gesellschaft ist die erste Pflicht.* *Amor* ergo erit *officium summum.* —

Veniamus nunc ad illud *præceptum Novum*. Jam in se Novum dici nullo pacto potest. Foret autem in se novum, quod nunquam hoc audierant discipuli Christi. Audiverant vero ex Mosis lege: amandos esse alios: audiverant in prophetis: audiverant e Christi Sermonibus. *Ohnmöglich heisst es also, Neu an sich*, inauditum. Ni non est in se & simpliciter; Novum dicitur relate. — *Auch das giebt Jeder zu.* — Verum ubi nunc quæritur illa relatio? Res postulat, ut accipiam cum restrictione; Novum præceptum. *Wo muss ich jede nähere Bestimmung und Determination finden?* In ipsa re, in serie orationis, in personis illis, de quibus sermo est. *Dazu rechne ich noch die Zeit, zu welcher etwas gesagt wird.* — Non incipiam a natura rei, sed *a serie orationis. Was fanden wir für Bestimmungen?* Amor est summum officium, *dann:* Amor exserens se talibus factis, qualia Christus perfecit: *dann:* Amor se exserens, quia ille nobis illo exemplo præivit. *Nun überlege man die Sache bei sich selbst. Wir sollen die Pflichten der Liebe ausüben, weil sie die Kenntzeichen des Christenthums seyn sollen, theils, weil es Christus gethan hat, theils, auf die Art und Weise, wie er es gethan, sollen wir sie ausüben. Woher hat man diese Belehrung? Nicht aus der christlichen Religion? Nun bringe man irgend ein Buch, einen Gedanken, der für diese Zeit schon wäre gesagt worden: die erste unterscheidende Pflicht der Gesellschaft ist Liebe. Diese sollst du ausüben, weil Christus es gethan und geboten hat. Ist denn das nicht neu? Uebe die Pflicht der Liebe aus, weil Er dir vorangegangen ist? Dies sey Verbindlichkeit für dich.* Ex his omnibus videtur mihi restrictio Novi præcepti sic esse constituta.

De

De natura rei seorsim hic exponere, non est locus, quia natura amoris jam per se intelligitur. — Sic superest tertium, e quo interdum cognoscitur, quid dicatur tale. Id est de *personis illis*, quibus hæc dicuntur. Has personas esse Christi discipulos, sponte intelligitur. Hi igitur huc usque profecto non putabant, notam Christi sectatorum esse hunc amorem. Immo vero hoc putaverant, agnosci Christi sectatores, si in regno Christi perspicuo & insigni fruerentur honore, quem toties sibi expetierant, & de quo toties invicem rixati sunt. His igitur nunc relate ad ipsorum indolem & sensus hoc est Novum; antea enim notam, criterium, sectatorum Christi longe aliam sibi persuaserant, quam hunc amorem. Idque eo magis hic habebit locum, quia in hoc ipso tempore talis disputatio de principatu in regno Christi erat orta, autore Luca XXI., 24. post sacræ cœnæ institutionem tradit ille hoc. Unde partim pedilavio sunt coerciti, ut tandem deponerent fastum & arrogantiam, partim hoc sermone: hoc criterio volo vos agnoscere, quod vos invicem ametis. Id poterit dici etiam relate ad hos discipulos Novum. — Posset addi de temporibus illis, de Judaicæ religionis natura: profecto enim in religione Judaica cultor Dei veri circumcisione, sacris faciundis in templo Hierosolymitano, probando legem Mosaicam, ritibus exercendis, agnoscebatur: Non putabant esse in amore criterium cultoris Dei. Sic erat etiam iis Novum. — Omnino igitur, si res his tribus de caussis: 1) per naturam suam, 2) per seriem orationis, & 3) per personas, de quibus sermo est, Nova dici potest, ne unam quidem caussam ceteris illis stabilire volo. Unde aliorum sententiæ sunt hic quoque comparandæ omnes. In una re non est criterium, cur aliquid dicatur Novum. Fortasse non ingreditur viam rectam, qui rem expedire vult per verbum „ἐντολὴν“. Et hoc faciunt

multi,

multi. Dicebant, non significare Legem proprie dictam, non intelligi hic universam Christi doctrinam, (nam hæc constat pluribus partibus,) intelligi institutum aliquod a Christo: ita intelligi mandata ejus, qui mox sit moriturus, *Auftrag.* Quid vero his omnibus lucramur? Nonne venitur in fine huc, esse regulam vivendi? Sive tu dicas eam legem, sive institutum, sive morientis mandatum; tamen manet regula vivendi. — Hæc de loco.

In v. 36. repetendum erit illud: *quorsum ego abeo, vos nunc non potestis pervenire. Simon Petrus igitur dicit: Domine, quorsum abis? Et Jesus ei respondet, ubi ego abeo, non potes nunc me sequi, postea me sequeris.*

Fit igitur plane mentio de morte Christi, post hæc eventura.

v. 37.) *Dicit ei Petrus: Domine, quare nunc non possum te sequi? Vitam pro te deponere volo.*

v. 37.) *Respondet ei Jesus: num tu vitam tuam pro me deponere vis? Vere tibi confirmo, antequam cecinerit gallus, te ter negaturum esse, me tibi esse notum.* — Ceterum hoc Marc. XIV., 30. accuratius definitur: *antequam gallus bis cecinerit, te esse ter negaturum, me tibi esse notum.* —

Continuatur ille sermo.

CA-

CAPUT XIV.

v. 1.) *Nolite modo animo perturbari*, scilicet, quoniam dixerat, se brevi post esse discessurum: *credite modo Deo, & credite etiam mihi*, sive, Confidite modo promissis Dei & meis. Promissum vobis est auxilium, promissa est etiam futura felicitas, Confidite his Dei & meis promissis: non opus est, ut perturbemini. In Versione Lutheri vix verus est sensus expressus: *Glaubet ihr an Gott, so glaubet ihr auch an mich:* quasi esset Protasis & Apotosis. Sed est duplex cohortatio; Confidite etiam mihi, promissis nostris.

v. 2.) *In domo Patris mei multa sunt conclavia: sin minus, dicerem vobis: jam vado, ut vobis ibi locum parem.*

v. 3.) *Ubi autem profectus fuero, & locum vobis paravero; revertar, vosque mecum conjungam, ut, ubi ego sum, ibi & vos sitis.*

v. 4.) *Ergo quorsum ego abeo, nostis; nostis vero etiam viam, qua sequendum est vobis.*

In v. 2. agendum hoc erit, ut, remotis imaginibus, ipsam rem intelligamus. Imagines esse, quis non sentit? Domus Dei; in ea esse multa conclavia; jam *domum* Dei intelligi posse *Cœlum*, Sedem beatissimi Dei, non habet dubitationem. Intelligi vero debere, apparebit mox e serie orationis. Sit igitur οικια τȣ πατρος, ille status beatissimus, quo fruitur Deus ipse.

In illa domo multa sunt Conclavia: dicam rem; multi homines possunt participes esse illius status beatissimi, quo fruitur Deus. Non possum aliud reperire. Si autem posito eo proprie: *„in dem Hause meines Vaters*

Vaters sind viele Wohnungen, cogitem deinde, *also haben sehr viele darinnen Raum und Platz;* omnia sunt liquida. Si hoc transferamus, ad statum Dei beatissimi, relinquitur illud: multi homines possunt participes esse illius status beatissimi, quo fruitur Deus; *an jenem künftigen Wohlstande, den wir mit Gott geniessen werden, können Alle Antheil nehmen: es ist Raum für Alle.* — Simili modo: *Vado, ut vobis ibi locum parem, euch einen Platz, ein Zimmer zu bestellen.* Vado: — Res est hæc: ego in cœlum illud, ad illum Dei beatum statum transferar: ego paullo post apud Deum, in ejus domo ero: ibi parabo vobis conclavia. *Eigentlich ist es nun hier das* Adjunctum: promitto tibi, te quoque receptum iri in hunc locum, Præter illud nihil in h. l. habet locum. Igitur cogito hoc: Vos quoque receptum iri in illum locum, promitto. —

Reliqua sunt in parenthesi ponenda: *εἰ δὲ μὴ, εἶπον ἂν ὑμῖν,* sin minus, dicerem vobis: *wenn daselbst nicht Platz wäre, wollte ich es euch sagen: wenn ihr nicht könntet Antheil nehmen an jenem künftigen Wohlstande, wollte ich es euch sagen.* Sunt & hæc in Lutheri versione turbata: *in meines Vaters Hause sind viele Wohnungen. Wenn es nicht so wäre; so wollte ich zu euch sagen: ich gehe hin, euch die Stätte zu bereiten.* Non puto posse hæc satis intelligi.

In v. 3. Ubi, postquam illuc ivero, i. e. postquam illuc fuero sublatus; cum hoc promisso: „recepturum vos esse in illum locum"; revertar. *Παραλαμβανειν wieder bildlich*, & est: efficiam ut & vos fruamini futura illa felicitate mei Patris & mea; Revertar suo tempore, tum, cum vos moriemini. Aliud ego non possum intelligere tempus, de quo valeat: *Ich will euch zu mir nehmen*, nisi tempus mortis. Reliqua sunt plana. In

In v. 4. *Itaque noſtis, quorſum ego abeo*: dixerat enim: in domum patris mei abibo, in cœlum abibo, ad illam beatitatem noſtram. Noſtis etiam viam; noſtis ex uſu triennii, quod mecum egiſtis. Viam — ſemper dixerat, mea doctrina eſt via ad æternam felicitatem. — Hos verſus, ſi placet, relegemus, cum periphraſi:

„Nolite animo perturbari, quia dixi, me paulo „poſt abiturum: confidite modo his, quæ Deus, con„fidite etiam his, quæ ego vobis promiſimus auxilium „futuramque olim felicitatem. *Er hatte mehr als* „100*mál geſagt, wenn ihr meine Lehre anneh*„*met; ſo werdet ihr es auf ewig zu genieſſen ha*„*ben.* Beatitas, qua fruitur meus Pater, eſt talis, ut „multi eſſe poſſint ejus participes. Si res non ſic ſe „haberet; dicerem vobis. Jam ego evehar ad illam „beatitatem patris mei, efficiamque, ut vos etiam re„cipiamini. Ubi autem fuero in cœlos ſublatus, & „cum hoc promiſſo, vos ſecuturos eſſe, revertar ſuo „tempore, & vos transferam ad me morte veſtra, ut „ſitis mecum conjuncti uſu ejusdem beatitatis. Igitur „quo tendat meum iter, ſcitis: ſcitis vero viam, qua „omnibus eundum ſit, ſive, quam ſequi debetis. —

v. 5.) *Tamen hic Thomas: Domine, neſcimus, quorſum tu abeas: quomodo ergo poſſumus viam, quæ illuc fert, noſſe?*

v. 6) *Tum Jeſus: ego ſum vera ad felicitatem via: Nemo ad Patrem pervenit, niſi per me.*

Ego ſum via & veritas & vita. Arbitror primo: ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια ex ebraiſmo pro Adjectivo & Subſtantivo poni: Via & Veritas, i. e. vera via. Deinde: vera via & vita i. e. Vera via ad vitam, ad felicitatem. Vix patitur cogitatio rei verſionem aliam, ſi perſpicui eſſe velimus. — Jam hoc: *ego*

ſum

sum vera ad felicitatem illam via, redibit cum superiori eodem: per meam doctrinam unice intelligitur via ad felicitatem: unus ego monstro ad felicitatem illam viam. — In his etiam est: *nemo ad Patrem pervenit, nisi per me*, i. e. nemo in domum Patris ad beatitatem cum Deo venit, nisi ductus per me via, qua ego eum duco, *durch mich belehrt.*

v. 7.) *Si nossetis me, nossetis etiam Patrem,* *καὶ*, i. e. *quanquam* — corrigit & mitigat quod dixerat — *quanquam nostis ab hoc tempore.*

Si nossetis me, si meam doctrinam recte intelligeretis, *etiam patrem meum recte cognosceretis*, etiam sciretis, quo sensu sit Pater meus erga homines, quantopere eos amet, quod promiserit illis, quod decreverit illis daturum. *Christus sagte: wer meine Lehre annimmt, der soll selig werden.* Igitur si quis perspicit doctrinam Christi, is etiam Deum Patrem perspicit, *seine Gesinnungen, Rathschläge, Verheissungen.* Jam mitigat hoc: *καὶ ἀπ' ἄρτι γινώσκετε* &c. *quamquam ab illo tempore nossetis Deum Patrem*, quanquam non plane frustanea erat mea doctrina apud vos, imbuti estis doctrina mea.

Alterum: *Nostis & videtis eum*, i. e. nostis eum satis perspicue.

v. 8.) *Ad hæc Philippus rursus: Domine, ostende nobis patrem, sic acquiescemus.*

v. 9.) *Cui Jesus: tam diu inter vos versor, & tu me nondum nosti? Philippe, qui me vidit, is vidit Patrem: quomodo tu tandem dicere potes: monstra nobis Patrem?*

v. 10.) *Nonne credis, me in Patre, & Patrem in me esse? Doctrinam, quam ego vobis trado, non per me trado. Tum vero etiam Pater, qui mecum est, ille miracula patrat.*

v. 11.) *Credite mihi, me in Patre & Patrem in me esse: si non creditis mihi dicenti, propter facta saltem credite.* —

In v. 8. *monstra nobis Patrem.* Apparet, hærere Philippum in illo: Vidistis Patrem: *Er erinnert sich dieses, und nun fällt ihm ein:* monstra nobis patrem, ut videamus eum, tum acquiescemus, nil amplius optabimus.

In v. 9. ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα: *qui meam doctrinam tenet, is tenet etiam doctrinam Patris mei.* cf. Joan. XII., 45. *Qui me intelligit, is intelligit etiam patrem meum. Tam diu inter vos versatus sum, & tu me nondum nosti. Du thust, als hättest du mich noch nicht gesehen, als kenntest du mich noch nicht.* — De reliquis, quia plura sunt dicenda, deinde monebimus. Nunc adjiciamus hoc: Ex his satis intelligitur, totum hunc locum de Christi doctrina sic agere, ut via sit ad futuram illam felicitatem. Unde v. 6. *ich bin der Weg zur Glückseligkeit,* nunc huc refero: Ego monstro viam ad felicitatem. Omnia redeunt ad felicitatem. Hæc omnia ad discipulos dixit, qui superiora ab eo dicta non recte intellexerant: Et si quis meam cognitam habuerit doctrinam, is cognita habet Dei consilia, amorem & benevolentiam ejus erga homines. In his pergit: v. 10. *Nonne credis, Philippe, me in Patre & Patrem in me esse?* Hoc igitur nunc quoque vertemus ita: me & Patrem esse conjunctissimos. Cum vero duo possint esse pluribus modis conjuncti; pendet a serie orationis, quatenus sint conjuncti. In antecedentibus hoc dixit. Semel dicit: doctrinam, quam ego vobis trado, non trado per me. Alibi sæpe addidit: Sed est mihi demandata a meo Patre. Ergo doctrinam Christi audire, est, doctrinam Patris audire. Sic est Pater in illo & ille in Patre: sic sunt conjuncti h. l. quia unam habent

ean-

eandemque doctrinam, Christi verba sunt Dei verba. — Iterum: Pater vero, qui in me manet, ille patrat miracula. Qui in me manet: Evoluamus Cap. VIII, 29. *Is, qui me misit, adest mihi,* non deserit me solum, non destituit me suo auxilio, *quia semper facio, quæ illi placent.* Sed in illo loco etiam dixerat de doctrina & miraculis. Igitur in nostro loco: *„Pater in me manens“* poterit explicari ex illo loco: Qui filio adest, eum non deserit, in munere omni ejus adest. Certe sic sensus nostri loci est clarus: *Pater, qui mihi semper adest, patrat miracula per me. Mea miracula sunt ejus miracula, & ejus miracula sunt mea miracula,* — Hoc est iterum: conjunctissimi sumus.

v. 11. *Suscipite igitur meam doctrinam, quia ego & Pater sumus conjunctissimi,* quia mea doctrina est illius & ille miracula patrat per me, ut confirmet doctrinam meam. *Sin minus: propter miracula saltem mea mihi fidem habete:* sin minus mihi simpliciter dicenti credere vultis, credite saltem propter miracula, quibus confirmo, quæ dico. Hæc etiam sunt jam alias lecta.

v. 12.) *Confirmo autem vobis, hunc, qui susceperit meam doctrinam, miracula, quæ ego patro, & ipsum patraturum, atque adeo majora his, quæ ego patro, patraturum, quia ego ad Patrem meum abeo.*

v. 13.) *Et quicquid meo nomine rogaveritis, id præstabo, ut dignitas Patris patefiat per filium.*

v. 14.) *Si quid meo nomine rogaveritis, id ego præstabo.*

Occurrunt duo. quæ etsi dicuntur absolute, tamen cum quadam restrictione sunt intelligenda. Dicitur absolute: qui meam doctrinam suscipit, is mira-

cula

cula præstabit, qualia ego. Hoc autem non omnibus his, qui Christi doctrinam suscipiunt, contigisse, docet multorum seculorum experientia. Nec aliquis jure expectabit, se, quia sit christianus, miracula patraturum esse aut patrare posse. Hoc autem absolute dictum, limitandum erit hoc modo, ut maxime ad Apostolos, tum ad tempora prima propagandæ religionis referantur, sitque adeo: *qui doctrinam meam suscepit, & deinde propagat ut minister meus, is patrabit miracula.* Fateor, non esse hæc in verbis ipsis, sed reclamante historia, nonne est ad ea tempora referendum? Et fortasse hæc restrictio: *pertinet ad Apostolos & prima religionis propagandæ tempora*" majorem inveniet assensum. — Alterum sic dictum absolute, & quod est limitandum, est in v. 13. *Quicquid meo nomine,* i. e. respectu mei. Sic multis in locis potest illud accipi. Sed quid est illud: „*respectu mei*"? Puto esse: quia illum sic institui & jussi. Respectu mei igitur precatur; *du hast es so verordnet, hast mich so angewiesen:* ergo est Meo jussu & monitu; jubet & instituit eos sic hoc ipso in loco. Hoc vero videmus, non omnia ea Christum omnibus christianis præstare, quæ sibi ab eo petierint, quia eos instituerat petere a Deo. Sæpe preces nostræ non audiuntur. Ergo cum non sit sic absolute: *ich will euer Gebet erhören, das sich auf meine Verordnungen gründet,* rursus restrictio erit: quicquid in munere vestro, in negotio propagandæ religionis rogaveritis, id tribuam vobis & largiar. Ubi igitur sibi expetierunt ad munus suum vires, ad superandas miserias, ad superandos adversarios &c. ibi sunt semper exauditi. Et sic legationem suam confirmarunt. — Fateor & hoc in se non esse in verbis; sed quis repugnare potest experientiæ? Fit necessaria illa limitatio. — De ultimis — est: *ut pater per filium*

glo-

glorificetur. Non erit, quod moneam multa. Tum innotescet, filium has preces Apostolorum suorum semper audire, *dass der Sohn durch seine Gesandten seine Lehre ausbreite, ihnen in allen Fällen ihres Lebens beistehe:* tum innotescet dignitas Dei: quantus erit Pater, qui filium habet tantum, & filio tribuit hanc δοξαν, hanc potentiam, ut propaget suam doctrinam & confirmet per miracula!

Superest de singulis in v. 12, hoc dicere: Ille homo igitur miracula patrabit, και μειζονα, & majora his, quæ ego patro. *Majora*, quatenus arbitror, *Majora effectu*. Volo hoc: Quia per Apostolos miracula patravit multa, plures homines sunt adducti ad Christianismum, quam per ipsa Christi miracula. Res non est occulta. Christus enim intra Palæstinæ fines substitit: Apostoli vero orbem terrarum peragrarunt, & ibi lucrati sunt hominum animos. Scio, hæc explicari aliter ab aliis; sed illud videbatur inter ceteras interpretationes verisimilius: Effectu majora. Jam sic agnoscimus, hoc promissum non ad omnes christianos ubique terrarum posse pertinere: *Jeder meiner Nachfolger soll grössere Wunder verrichten, als ich verrichtet habe*. Hic Apostolis & primis temporibus illud tribuere, quilibet cogitur. *Und man nehme nun noch dazu die schnelle Ausbreitung des Evangelii durch die Wunder; so wird man hiervon noch deutlicher überzeugt werden.*

Denique de nexu. — *Ille igitur patrabit miracula, & quidem majora*. Caussa additur: quia ego ad patrem meum abeo, ubi dexter Patri sedebo, ubi imperium cum eo habebo: — *solche erhabene Bestimmungen denke man sich immer hinzu*. Cum ibi imperabo cum Patre, is, qui me suscipit, miracula patrabit per me.

v. 14.

v. 14.) *Quicquid petieritis in ejusmodi rebus, quia ego vos sic institui, id tribuam vobis.* —

v. 15.) *Si me amatis, constanter tenete doctrinam meam.*

v. 16.) *Ego vero rogabo Patrem, ut alium adjutorem vobis concedat, ut ille vobiscum sit indesinenter,*

v. 17.) *spiritum veri, quem contemtores doctrinæ meæ accipere nequeunt, quia eum ignorant: vos vero cognoscitis eum, quia apud vos manebit, & semper erit.*

Nonne igitur in his vel obiter perlectis intelligitur, hæc dici Apostolis, quibus est Paracletus, πνεῦμα τῆς ἀληθείας, in munere illo promissus? quidni ergo in priori loco, ubi de miraculis erat sermo? — In v. 16. de verbo: παράκλητος pauca. Igitur per græcum sermonem παράκλητος est *Advocatus* a verbo παρακαλεῖν. Et dicitur a græcis sic, ut a Latinis: Advocatus i. e. quem tu tibi sumis adjutorem & socium, ut adeo, quicunque in ullo genere est adjutor, sit παρακλητος. Hoc igitur verbum græcum Judæi in ebraicum sermonem receperunt, mutata tantum pronuntiatione, Peraclita; & dicunt hoc verbum de adjutore, uti Græci παρακλητος dixerunt. Unde scriptor Judaicus, Joannes, hoc verbo utitur, uti Judæi & Græci adjutorem intelligunt. De his vel Grotium ad h. l. legere possumus, vel potius Cameronem ad h. l., cujus Notæ in criticis Anglicanis reperiuntur. Scio παρακαλειν significare etiam Docere. Concedo, παρακλητον per hanc Etymologiam verti posse Doctorem: tamen non sic verto, quia non ex possibili Etymologia vertere debemus, sed ex constanti & certo usu loquendi. Sed inter Judæos fuit παρακλητος notus sensu adjutoris, unde sic quoque verto. De re non

differo;

differo: nam video, adjumentum spiritus esse in eo, quod eos docuit: monebam tantum de ακριβεια in vertendo.

v. 17.) Deinde τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας vix egebit admonitione. Spiritus veri, i. e. veræ religionis, ut semper αληθεια in his Christi sermonibus.

Tum κόσμος, ut & antea: Quicunque abhorret a religione Christi, sive Contemtores ejus. Reliqua sunt in se jam alibi dicta, nisi quod in fine v. 17. est παρ᾽ ὑμῖν μένει καὶ ἐν ὑμῖν ἔσαι, in quibus, qua rem, nil video discriminis. Erit in vobis, manebit apud vos. Quod est in uno cogitandum, id etiam est in altero cogitandum. Vobis aderit: sic adjutor semper vos adjuvabit. *Und dieser Gehilfe ist Lehrer der Wahrheit: folglich*, adjuvabit tum, cum docebit, ut vera doceatis. — Vix audeo monere, ut illud: παρ᾽ ὑμιν sit: Quamdiu vivetis in illo munere, pater dabit alium adjutorem, alium mei loco, meo loco, alium talem, qualem me hucusque habuistis. In fine v. 17. etiam dicuntur omnia in præsenti tempore; *Vos cognoscitis illum spiritum, quia semper apud vos manet & erit.* Hæc Præsentia sunt haud dubie in Futura mutanda: *Vos cognoscetis illum spiritum, quia vobis aderit in posterum: dann werdet ihr ihn kennen lernen, weil er euch immer beisteht.* In eodem versu: *religionis meæ contemtores non accipere possunt spiritum veri:* Cur? quia eum non habent cognitum. Quam rem non habeo cognitam, eam facio parvi. Igitur hanc rem non possum consequi, igitur habeo parvi. *So geht es in allen Wissenschaften, in allen Dingen.* H. l. Subjectum sunt ὁ κόσμος, Contemtores: hi non possunt accipere spiritum: *warum nicht?* Non norunt eum. Igitur parvi faciunt. Ignoti nulla cupido,

est in proverbio. ὅτι ȣ θεωρει αυτο, *die Paraphrase kann seyn: quia ejus pretium ignorant.*

v. 18.) *Non relinquam vos orbos: redibo ad vos.*

v. 19.) *Brevi post contemtores mei me non amplius videbunt; sed vos videbitis me, quia ego reviviscam, ut & vos reviviscatis.*

v. 20.) *Illo vero tempore intelligetis, me & Patrem esse conjunctissimos.* —

Omnis loci interpretationem adjuvant illa verba in v. 19. *quia ego reviviscam. Dies ist also historisch deutlich.* Ergo: ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, in v. 18. *Redibo ad vos*, e sepulcro vivus ad vos redibo. *Vorhin war es: non relinquam vos orbos*, orbos me; redibo rursus ad vos. In v. 19. *Vos me videbitis, quia ego reviviscam ut & vos reviviscatis.* In hoc puto esse hunc tropum, & dici; Reviviscere eum, qui post aerumnas denuo sibi renatus videtur. *Ich werde wieder aufleben, und da werdet ihr auch aufleben.* Ex mœrore illo animos vestros etiam lætos reddere possum. —

Si quis velit hæc proprie de resurrectione mortuorum in die judicii intelligere, non pugnabo; tamen non video, quomodo hoc l. sit hic sensus.

In v. 20. Cum Jesus in vitam redibit, tunc intelligent, hujus miraculi eum vere divinum fuisse auctorem; *Agnoscetis, me jussu Dei Patris omnia egisse.* Alterum, *intelligetis etiam, vos in me, & me in vobis manere*, nos quoque etiam invicem conjunctissimos. Igitur intelligent, se Christi amore & auxilio fruituros esse in vita & munere gerendo. Non modo instructi sunt dotibus peculiaribus; sed & fortiter propagarunt doctrinam & liberati sunt inimicitiis & insidiis. Hæc vero omnia tribuerunt Christo. Sic igitur post ejus reditum in vitam usu & experientia

cogno-

cognoverunt, se in vita omni & munere gerendo auxilio Christi esse fruituros, sic cognoverunt, se cum Christo esse conjunctissimos.

v. 21.) *Qui meam doctrinam scit, eamque constanter tenet, est amans mei: qui vero amans mei est, is redamabitur a Patre meo, atque etiam ego redamabo eum, & illi ego me conspiciendum præbebo.*

v. 22.) *Hic Judas, non ille Ischariotes, Domine, inquit, quam ob caussam te præbebis nobis conspiciendum, non vero hominibus contemtoribus tuis?*

v. 23.) *Respondet Jesus: si quis me amat, is meam doctrinam constanter tenebit: igitur redamabit eum pater meus. Sic ad eum veniemus & apud eum manebimus.*

v. 24.) *Qui me non amat, non constanter tenet doctrinam meam. Jam doctrina, quam audivistis, non est mea, sed patris, qui me misit.* —

Nexus non est difficilis. Illo tempore cognoscetis, me & vos esse conjunctissimos. Jam pergit: *Qui me amat, ille me beneficentissimum agnoscet. Vos vero me amabitis, si doctrinam meam tenetis. Sic vobis me præbebo beneficentissimum.*

In v. 21. sub finem: ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν: significationem grammaticam expressi in versione: *Illi conspiciendum me præbebo.* Jam autem, qui antea dixerat: *vivus ad vos redibo* & nunc dicit: „*Vobis me conspiendum præbebo*“, sine dubio vult hoc: „*vivum me denuo conspiciendum præbebo*“ ut in ea re sit vobis solatium. Hic vix aliud quid possum intelligere. — Interea progrediamur.

v. 22. *Judas igitur, non Ischariotes, Domine, inquit, quid factum est?* Id redit tandem,

 qua

qua sensum, huc: quænam tandem est caussa, qui tandem fit? Per se in hoc est: *Was ist vorgegangen, was hat sich zugetragen, daß du dich uns willst zeigen, und nicht allen Menschen?* In hoc nonne latet illud: *qui tandem fit? Quænam est caussa, quod te nobis vis conspiciendum præbere,* non vero τῷ κόσμῳ, i. e. *Contemtoribus tuis, qui abhorrent a tua religione?* — De his jam antea erat sermo.

In v. 20. omnia sunt plana, & est repetitio v. 21. Ibi erat: *qui doctrinam meam tenet, is est amans mei:* — Hic: *si quis me amet; tenebit doctrinam:* — ibi: — *qui me amat, redamabitur a Patre meo:* — hic: *hunc Pater meus redamabit:* — ibi, *etiam ego redamabo illum:* — hic, *veniemus ad illum:* — ibi, *ego me illi præbebo conspiciendum:* — hic, *manebimus apud eum.* Igitur hoc unum hic est novum, quod: „ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτον" verbis illis exprimitur: *Veniemus ad eum, & manebimus apud eum.* Hæc de Paralellismo, — Jam grammatice de verbis. — Jam notum est: „μονην ποιειν" usitatissime esse: μενειν, uti κρισιν ποιειν, idem quod κρινειν, & λεγον ποιειν idem quod λεγειν. Hoc autem: „*Deus & Jesus manent apud aliquem*" an potest per horæ momentum conspici? Nonne intelligitur: non deserunt eum? Id dico: Semper ei adsunt auxilio. — Postea in hoc: *veniemus ad eum:* nonne est superfluum hoc? Uti: venio, ut te consoler. Ergo nihil est argutandum. *Wir werden kommen, und bei ihm bleiben.* Ceterum si illud est definitum: „*Non deseremus eum*" etiamsi vellemus urgere; tamen huc redibit: Ille curæ nobis est, ut constanter eum tueamur. Jam videmus, hanc explicationem verbi „ἐμφανιζειν" postulare, ut nunc hujus verbi significationem extendamus & amplificemus.

Antea

Antea erat: *Conſpiciendum me illi præbebo:* nunc: *Non deſeremus eum.* Hoc eſt plus quam illud. Igitur ſi per hanc phraſin ſuperior explicatur ex parallelliſmo; amplificanda eſt notio verbi. „Εμφανιζειν“ continet etiam hoc: Efficere, ut alter cognoſcat te, qualis tu ſis, *ſich dem andern ſo bekannt machen, daſs er dich recht beurtheilen kann.* Quod ſi adeſt Deus ſuo auxilio, nonne homini ſe conſpiciendum præbet Deus? Chriſtus, qui vivus ſe conſpiciendum præbuerat, in cœlum ſublatus, tamen aderit Apoſtolis. *er wird ſich ihnen täglich entdecken,* per ſuum auxilium, per ſuum favorem. *Kein Tag ſoll vergehen, daſs ihr nicht neue Proben unſerer Hilfe, unſerer Neigung bei euch verſpüret.* Sic igitur amplificatur illius verbi notio, cum partim proprie, partim tropice intelligatur. Cum autem is, qui loquitur, ipſe mentem ſuam explicet; non poſſum non verbum illud duplici ſignificatu accipere: *Er will ſich uns ſichtbar zeigen, und dann: mit ſeiner Hilfe erfreuen.* Hæc de altera ſignificatione tropica poſſunt adjuvare exemplis quibusdam. Evoluamus Rom. X, 20. Paulus ibi dicit, *Deum innotuiſſe hominibus paganis, qui antea nullam habuerant cognitionem.* Utitur Jeſaiæ verbis: *Ego repertus ſum ab iis, qui me non quæſiverunt:* conſpicuus factus ſum, conſpiciendum me præbui his, qui me non quærebant. Nonne igitur ſe Deus præbuit paganis, ut cognoſcerent eum? Sic igitur eſt quoque h. l. *Ich will mich meinen Freunden ſchon bekannt machen.* Simillimum locum inveniemus in Sapientia Salomonis I., 2. Jam illi dubitationi: „*cur non contemtoribus tuis, ſed nobis te conſpiciendum præbebis?*“ reſponſum eſt: *daſs ich euch mich ſichtbarer darſtelle, (das iſt eigentlich, und nun tropiſch:) und daſs ich euch nicht verlaſſe.* — Hoc transferri poteſt ad omnes

chri-

christianos: *qui me amat, is a patre meo redamabitur, & non deseretur auxilio.* — Tractata sunt multa de h. l. de unione mystica, de inhabitatione interna, quasi propter hunc locum verba habeant alium sensum, quem habent ubique. Unde etiam contra hos, qui de inhabitatione mystica ea explicant, dicitur, illam mansionem esse in gratiosis Dei operationibus.

In v. 24. *Qui me non amat, non constanter tenet doctrinam meam, hunc non redamo: doctrina vero, quam audivistis, non est mea, sed Patris, qui me misit; igitur nec pater eum amat.*

v. 25.) *Hæc locutus sum, hæc dixi vobis, quia adhuc vobis intersum.*

v. 26.) *Sed adjutor, spiritus sanctus, quem Pater meus mittet, quia ego eum rogabo, ille vos omnia docebit, & quæ tradidi vobis, omnia in memoriam revocabit.*

Quanta fiducia poterant in munere suo gerendo esse? Vertebam: *Pater mittet eum* ἐν τῷ ὀνόματι μȣ, *quia ego eum rogabo.* Caussa est in v. 16. ubi diserte hoc dixit Jesus.

Nunc sequitur v. 27. De his autem, antequam dico, monebo hoc: nonne manifeste v. 26. pertinet ad Apostolos? πνευμα vobis mittitur, qui docet vos omnia, & dicta mea in memoriam revocat. De hoc supra sæpe monui. Sic igitur novo hoc argumento intelligitur, in hoc capite de Apostolis & munere eorum esse cogitandum. *Was ihr bitten werdet in meinem Namen: das werdet ihr erhalten, ihr werdet grössere Wunder thun, als ich.*

v. 27. Jam incipiam ab hoc: εἰρήνην τὴν ἐμὴν διδωμι ὑμῖν: Nam „*Pacem alicui dare*“ est certissimæ significationis ebraicæ. Quid est in illa solenni formula? *Gott gebe euch seinen Frieden? Deus*

tri-

tribuat vobis omnigena bona. Sic igitur h. l. — Alterum: εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, *relinquo vobis pacem meam*, sive, ut dicam versione: *Vos valere jubeo.* Plus non inest in his. Evoluite Luc. X., 5. ibi Christus mittit suos per Palæstinam docendi caussa: *in quam domum*, inquit, *ingredimini, primum dicite:* εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ, *jubete familiam illam valere, salutem dicite. Sed si erit tum in hac domo filius pacis; vestra pax super eo requiescet; sin minus, ad vos revertet illa pax vestra.* Qui vobis שָׁלוֹם לָךְ dicit, ille est filius pacis, homo dignus illis votis, *werth, daß ihr ihm wünschet Glück und Wohlergehen.* Si talis adest, pax vestra manebit in ea domo, *eure Wünsche werden zurückbleiben. Ist denn das nun nicht so viel, als: ich lasse meinen Frieden in diesem Hause zurück? Gerade wie wir sagen: vota mea vobis relinquo.* Et in Sequentibus verbis: *sin minus est ibi filius pacis, ad vos revertet illa pax vestra. Ich sagte:* שָׁלוֹם לָךְ; *es sind aber keine guten Leute in dem Hause; ich nehme also meinen Segen zurück, er geht mit mir zurück.* In loco Lucæ versamur in formula vitæ communis: & ex hac vita communi sunt tales formulæ loquendi explicandæ. Nonne igitur h. l. Jesus hæc dixit, cum abiit ex hac vita? *Wenn ich Einen Abschied nehmen höre, welcher sagt: ich gebe euch meinen Frieden; so kann ich nichts denken, als:* jam vota mea valere jubeo. *Es ist dieses sehr rührend, wenn man das Vorige Alles bedacht hat.* — Alterum erat: δίδωμι τὴν εἰρήνην ἐμὴν ὑμῖν, *tribuo vobis omnia bona.* Ergo δίδωμι est: *Spondeo, me tributurum esse vobis omnia bona. So lasse ich euch meine Segenswünsche*

ſche zurück, und verſpreche, euch mit meinen Gütern zu überhäufen.

Non eſt hoc loco de dogmate in Theologia: de remiſſione peccatorum & reconciliatione Dei cum hominibus, ſermo. Hoc non eſt & valebit in formula valedicentis.

Alterum: *Mundus etiam dat bona*, tribuit, apprecatur bona. Mundum, κόσμον, nunc, non intelligo, Contemtores doctrinæ Chriſti: nam non eſt cauſſa in oppoſitione; ſed intelligo Homines. *Non humano modo vobis tribuo bona.* Homines tribuunt bona caduca; ego ſpondeo, tributurum me eſſe vobis bona non peritura. *Mein Segenswunſch iſt weit unterſchieden von den Wünſchen der Menſchen: ich werde es erfüllen, was ich euch verſprochen. Ne, quæſo, perturbetur animus veſter,* nec paveat. *Wie ſchön paßt dieſes zum Abſchiede!*

v. 28.) *Agnoviſtis me dixiſſe vobis, abiturum me eſſe, & reverſurum ad vos. Si me amaretis; gauderetis, quod dixi, me eſſe abiturum ad Patrem, quia Pater eſt me major.*

v. 29) *Jam nunc dixi vobis, antequam factum eſt, ut cum evenit, vos fidem habeatis.*

v. 30) *Non habeo multa, quæ vobiscum porro loquar: ac redit princeps mundi, ſed non franget me:*

v. 31.) *Sed ut mundus cognoſcat, me amare patrem, & quemadmodum demandavit mihi pater, ſic ago. Surgite & abeamus.* — Et jam obviam it morti. —

In v. 28. *Si me amaretis; gauderitis, quod dixi, me abiturum eſſe ad patrem.* Ergo: „*abire ad Patrem*" debet eſſe res utilis vel Chriſto vel Apoſtolis, quia monentur de hac re gaudere & Chriſto gratulari, quod abiturus ſit ad Patrem. Jam admonui, hoc ſemper aliquid excelſi ſignificare: ibi ſe-

debo

debo ad Dei Patris dextram, ibi fruar δοξασμῳ. Igitur si me amaretis, gauderetis, me abire ad eum, apud quem fui, fruiturum me esse ibi δοξασμῳ, & sedere ad ejus dextram. Sic utile est Christo: sed etiam Apostolis est utile: Etenim supra v. 12. & 13. dixerat: *abeo ad Patrem, & quicquid a me petieritis, id præsta!o. Ich hebe mich zur Herrlichkeit empor, und dann werde ich euch beistehen und helfen.* Sequitur illud: *Pater enim est me major:* ergo potest & me δοξαζειν, & vos per me adjuvare in dies: potest me δοξαζειν, *er ist grösser als ich;* potest vos per me tueri, *er ist grösser als ich.* Sic hæc simpliciter cohærebunt. Cum ergo adderet: *patrem se majorem esse;* id quoque spectandum erit, quoniam sit major, nempe tribuere ei hunc δοξασμον posse, & vere tributurum esse, & commoda multa & auxilia Apostolis præstare posse per se, quia sit major. Quodsi autem hoc per se spectetur, Patrem esse filio majorem; nihil hic legimus, quod non sit pluribus locis dictum. Unde nec superiori loco, neque hoc loco hærendum est. Supra legimus: *quicquid filius habet, id habet a Patre:* Quod docet, id habet a Patre demandatum: Quod vitam suam deponit; facit quod demandavit ei hic Pater: Pater non relinquit filium, semper adest ei, quia filius facit, quæ Patri placent: Pater per filium miracula patrat: Filius a Patre auxilium petit ad miracula patranda: Non potest filius facere quid per se, nisi præierit ei Pater exemplo. *Und so denke man sich noch Mehreres hinzu.* Nonne est in his omnibus: Pater major est filio? Sed in omni loco dixit etiam perpetuo: *Pater, qui me misit, adest mibi, and t me, mecum est.* In omni igitur loco Christus, qui hæc dicit, ut Legatus divinus est spectandus, per quem Deus opus aliquod exsequi velit. Monuit &

dixit

ſæpe: *Is, qui me miſit, mihi hoc demandavit*. Sed haud dubie, ſi inter quos, inter eum, qui mittit, & inter eum, qui mittitur, eſt hæc ratio; ſine dubio tum is, qui mittit, eſt major eo qui mittitur. Unde in omnibus ejusmodi locis equidem arbitror ſpectari & deſcribi Chriſtum, ut Patris legatum: per quod intelligitur: major igitur Deus eſt illo legato. Unde & Apoſtoli, ubi de tali re loquuntur, de opere, quod per filium Pater exſecutus eſt, ſemper ita loquuntur, ut Patrem præferant quodammodo filio, quia Pater per filium opus exſequitur. Sic 1 Cor. XI., 3. Paulus Deum Patrem dicit *caput Chriſti*. At in illo loco Chriſtum deſcribit ſic: *per quem Deus opus exſequitur, quem Deus regem conſtituit, ut per omne tempus mundi propagaret cœtum ſuum.* — Sic igitur in his omnibus dicitur de filio, quatenus legatus eſt Patris. Non puto, in talibus locis de natura interiori ſive de eſſentia, perfectionibus, attributis eſſentialibus ſermonem eſſe: verum alter ut mittens, alter ut miſſus ſpectatur.

Ceterum hoc etiam in loco Chriſtum ut legatum Patris ſpectatum eſſe, arguunt illa verba: *Abeo ad patrem*. Hoc præſupponit, eum antea fuiſſe apud Deum patrem. Sed apud quem fuit, ab hoc eſt miſſus ad nos, & deinde redit ad eum: *Ich bin vom Vater ausgegangen, und komme in die Welt; wiederum verlaſſe ich die Welt, und gehe zum Vater*. Manifeſte ſe ut legatum deſcribit, per quem voluit Deus opus exſequi.

Si opus ſit uno; putemus talia verba de humano regis legato. Si igitur ille mandata ab rege accipit, nonne verum eſt, eum a quo miſſus eſt, eſſe majorem? An poſſunt hæc verba: „*rex major eſt legato*“ ad naturam interiorem regis & legati referri, quaſi hic diceretur, ejus attributa ſunt alia, quam mea: eſ-

ſentia

ſentia ejus eſt alia quam mea? Quis hoc ita cogitat? — Ac ne ſemel quidem Judæis fuit ea res offenſioni, quaſi propterea non eſſet filius Dei. Immo edocti erant e Jeſ. LIII. *Siehe, mein Knecht wirds glücklich hinausführen!* Meſſias, δȣλος Θεȣ. Sic erat deſcriptus a prophetis: venit, dixit ſe miniſtrum. Id nuſpiam eos offendit.

v. 29. *A quo tempore nunc quidem dixi vobis, me diſceſſurum, antequam eveniet, ut cum evenerit, credatis*, ut ne, cum evenerit, ſcandalizemini, quod infra Cap. XVI, 1. ipſis verbis legitur. Aut ſi quis noluerit hoc; verſio ſit hæc: ne labefactetur veſtra fides, ut tamen permaneatis in illa perſuaſione de me. — Cetera Cap. XIII., 19. ſunt jam lecta & explicata.

v. 30. *Non multa poſthac vobiſcum loquar: venit enim princeps mundi, ſed me frangere, me vincere non poterit.* — De principe mundi ad Cap. XII., 31. dictum eſt, quibus de cauſſis eſſet intelligendus Satanas. Ille cum dicitur Venire, facile concedemus, eum ut hoſtem, ut adverſarium deſcribi, ut locum habeat illa verſio: *Invadit me princeps mundi.* — De re. — Cum igitur invadere Satanas Chriſtum dicitur; intelligo equidem Homines illos ſceleſtos, qui ſint κοσμος in regno Chriſti: Nunc — invadere Chriſtum, ſive, Nunc inſtare tempus, quo illi Judæi flagitioſi Chriſto vitam erepturi ſint, ut tum homines dicantur peccare, impedire opus Chriſti, ut tum dicatur invadere & exercere ſuum adverſus Chriſtum dominium. Rem ſic dixi, quæ eſt veriſſima. Atque evoluamus Luc. XXII., 53. Eſt in hiſtoria paſſionis Chriſti: *quotidie, inquit, verſabar in templo; tamen manum non injeciſtis in me, ſed hæc eſt hora veſtra & potentia caliginis. Hæc eſt hora veſtra*, i. e. nunc eſt tempus, quo vobis per-

mitti-

mittitur, exercere in me poteſtatem veſtram. *Hæc eſt potentia caliginis*, i. e. nunc caligo vires ſuas exercet, *jetzt wirkt die Finſterniß in ihrer ganzen Stärke.* σκότος nonne fuerunt ipſi homines illi flagitioſi, quibus hoc permittitur? Illi igitur homines exercent nunc ſuas vires, ſive, improbitatem in Chriſtum. *Jetzt äuſert ſich die Finſterniß, die Bosheit in ihrer ganzen Stärke: jetzt fallen die böſen Menſchen über mich her, und üben ihre Bosheit aus: jetzt fällt der Fürſt dieſer böſen Menſchen über mich her.* Sic eſt perpetuo in ſcriptura ſacra, ubi impedimentum doctrinæ Chriſti deſcribitur.

In extrema propoſitione: ἐν ἐμοὶ ȣκ ἔχει ȣδὲν, „*Nihil habet in me*“ concludo ex re, ſenſum eſſe hunc: *non poteſt mihi nocere, me vincere.* — Ex re, e ſerie orationis — nam non habeo exemplum hujus phraſeos: „ἔχειν ȣδὲν ἐν ἐμοὶ“ in græco ſermone: etſi noſter ſermo ſic ipſum plane exprimit: *Er hat mir nichts an.* In re non eſt dubitatio: quanquam fuero interemtus ab hominibus flagitioſis; tamen in vitam redibo, opus meum continuabo.

v. 31. *Sed ut intelligant homines, me amare Patrem, & uti ille mihi demandavit, ita agere:* Ut intelligant homines, me amore patris compulſum, mandata ſua libenter exſequi. Surgite, abeamus ab hoc loco Abit autem in illos hortos, ubi paulo poſt captus eſt. Igitur mandata Patris exſequitur, eſt h. l. nominatim: Morti ſe offert. Hoc eſt futurum. Ut igitur homines intelligant, me Patris mandata exſequi, me offerre libenter. Rem ipſam ſupra Cap. X, inde a v. 17. legimus, ubi dixit hæc ipſa: *amore Patris ductus pro grege meo vitam depono, dazu ſetzt er: auch das hat er mir aufgetragen.* — Nunc vero inter eundem, antequam ad illos hortos deveniunt,

niunt, recitavit ſermones hos, ſequentes & Cap. XVI. occurrentes.

CAPUT XV.

Caput hoc interpretabor ſic, ut omnia referam ad Apoſtolos, eorumque munus, quod illis injungitur a Chriſto, in quo, ut habeo Vos eo facilius conſentientes, inſpiciamus verſus duos ultimos: *Cum veniet ille paracletus, quem ego mittam vobis a patre: ille de me perbibebit teſtimonium. Sed etiam vos de me teſtimonium perbibebitis, quia ab initio mecum fuiſtis.* Hoc non poteſt non unice referri ad Apoſtolos. Inſpiciamus v. 16. *Non vos me elegiſtis, ſed ego mihi vos delegi, vos* mihi elegi comites, teſtes, doctores, quos miſſurus ſum. Unice igitur eſt iterum ad Apoſtolos referendum. Sic ergo hic ſermo unice ad eos erit adſtringendus.

De accommodatione ad nos ipſos in fine videbimus.

v. 1.) *Ego ſum vera vitis, meusque pater eſt vinitor.*

v. 2.) *Quemvis palmitem meum ſterilem tollit: quemvis vero palmitem frugiferum purgat, ut uberiores ferat fructus. Vos jam eſtis puri per doctrinam meam, quam vobis tradidi.*

v. 3.) *Facite, ut ego in vobis & vos in me maneatis.*

v. 4.) *Quemadmodum neque per ſe palmes poteſt fruges ferre, niſi manſerit vel hæreat in vite; ita & vos, niſi in me manſeritis.*

v. 5.) *Ego ſum vitis, vos palmites: qui in me manet & ego in illo, hic denique multas fert fruges. Nempe ſine me nil poteſtis facere.*

v. 6.

v. 6.) *Si quis non manserit in me; solet objici uti palmes, ut igitur sic exarescat. Sic colligunt eos, & in ignem conjectos comburunt.*

v. 7.) *Si manseritis in me, & doctrina mea in vobis manserit, quidlibet precaturis vobis continget.*

v. 8.) *Ea vero re gloria patris mei illustratur, ut multos feratis fructus. Sic demum eritis discipuli mei.*

In v. 1. cum ea propositione. „*Ego sum vitis*“ statim conjungamus propositionem correlatam in v. 5. „*Vos estis palmites*“. — De re, — Idem hic dici puto, quod supra: Ego sum doctor, Vos estis discipuli. Ego sum legatus, vos estis ministri. Ego sum dominus, vos estis ministri, legati mei. Certe: „*ego vitis, vos palmites*“ mutuam conjunctionem exprimit; sed hæc nonne fuit duplex? Doctor — Discipuli, Dominus — Ministri aut Legati. — Patrem hic suum dicit vinitorem. Hoc in v. 2. quia illustratur; discamus ab ipso sensum. *Quemlibet palmitem in me, sive, meum sterilem tollit, removet. Palmitem* — Discipulum, Ministrum *sterilem*, non fungentem officio suo. Hunc tollit, non agnoscit, esse meum discipulum aut Ministrum. *Jeder nun meiner Schüler und Lehrer, der nicht das Seinige treulich thut, den misbilliget er:* Sed *palmitem frugiferum,* qui fungitur munere suo, hunc *purgat*, ut uberiores ferat fructus, sive, hunc provehit ulterius, auget majori cognitione, ut fungi possit suo munere & officio. Concedetis, in illo „καθαίρειν“ per se esse hoc: *beschneiden, das Unnütze abschneiden;* sed si vinitor purgat sic palmites, ut uberiores ferant fructus, nonne palmitem curat & fovet? *Das liegt doch gewiß darinnen. Was ist denn nun am Ende?* Deus curat & fovet disci-

pulos

pulos meos, fideliter fungentes munere suo, auget meliori cognitione.

In v. 2. qui est clavis: *Vos jam estis puri; in der Allegorie: ihr gleicht schon beschnittenen Reben;* estis ergo tales. Cur? Quomodo? Per doctrinam, quam vobis tradidi. Quid Christus effecit per suam institutionem, ut Apostoli fierent puri, *gleich den Reben, die gewartet, beschnitten sind?* Detraxit ignorantiam iis, auxit scientia, *Jesus hat die Unwissenheit weggenommen.* Igitur in posterum vos fovebit & curabit, augebit vos majori in dies scientia, ut possitis uberius fungi officiis vestris. *So ist dieses am Ende das, was oben: der Vater wird euch einen Gehilfen senden, der euch dieses lehren will.* — Ergo puto, illustratam esse propositionem hanc: *Pater meus est vinitor.*

In v. 3. μείνατε ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν ὑμῖν. Consueti jam hoc sumus: sed comparemus v. 7. ubi legimus: ἐὰν μείνητε ἐν ἐμοὶ καὶ τὰ ῥήματά μου ἐν ὑμῖν μείνῃ. *Das sind schöne Worte für den Ausleger. Oben: ego maneo in vobis; Hier: doctrina mea manet in vobis.* Ego maneo in illo, teneo ejus doctrinam constanter. *Ist es nun nicht wahr, daß man immer 2 solche Sätze verbinden muß? — Es ist einerley: bleibt ihr in mir, und ich will in euch bleiben.* Reliqua jam legimus. — v. 4. *Uti palmes non potest fruges per se ferre, si fuerit resectus a vite, ita & vos, nisi in me manseritis: non potestis fungi munere doctoris & Apostoli,* nisi doctrinam meam constantes teneatis.

In v. 5. sunt ipsa hæc. — In fine: *sine me nihil potestis facere.* Sine me: — nisi manseritis in me, nisi doctrinam meam teneretis, nil potestis facere, nil fructus ferre potestis. *Ohne meine Lehre könnt ihr, durchaus nicht das Amt meiner Schüler*

und

und Gesandten verwalten. — Non refero hoc ad omnes, quasi de conversione & auxilio Dei in ea sit sermo; sed ad Apostolos.

De v. 6. non est, quod addam. *Es wird das Gleichniß dilatirt.* Deus non agnoscit meum discipulum, ministrum & legatum. — De illo: *si manetis in me, quicquid &c.* dictum est Cap. XIV., 13. Refertur ad Apostolos: *Quicquid in munere vestro petieritis, id continget vobis.* In v 8. sic concludit: *Ea re laudatur Pater meus, si multum fructum tuleritis. Sic eritis discipuli mei,* genuini discipuli mei.

v. 9.) *Uti Pater me amat, sic ego vos amo: Ergo manete vos in amore erga me,* ergo vos pergite me amare. *Sic ego vos amo.* Ergo manete vos in amore erga me; ergo vos pergite me amare.

v. 10.) *Quod si meam doctrinam tenueritis, pergetis me amare.*

Hoc igitur erit documentum amoris erga me, Uti ego mandata Patris mei exsecutus sum, ideoque pergo eum amare. — Ex eo, quod illi obedio, intelligitur, me constanter eum amare. Si vos mihi obedieritis, doctrinam tenueritis, intelligetur, vos me constanter amare.

v. 11.) *Hæc vobis ita dixi, ut de vobis semper lætari possim & vos cumulatissimo fruamini gaudio.*

ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ ἐν ὑμῖν μένει. *Meum gaudium in vobis manet.* Non ita; sed meum gaudium ἐν ὑμῖν est, meum gaudium de vobis, *Freude an euch.* Sic enim χάιρειν ἐν τινὶ, nonne est: De re aliqua lætari: χαρα εν σοι, gaudium de te, quod ex te capio? — Porro: ἡ χαρά ἡμῶν πληρώθη, gaudium vestrum expletur, sive, uti alias est, πεπληρώμενοι ἐςι; —

Gau-

Gaudium expletum: Verum, cumulatissimum animi gaudium. Ergo conjunctim habet (versus) hunc sensum: Hæc vobis dixi de doctrina tenenda, de me amando, ut possim de vobis semper lætari, si habeo discipulos, qui doctrinam tenent meam & me amant, ut & vestrum gaudium sit abundantissimum, si sciatis, vos me amare, & me amare vos, atque vos mecum esse conjunctos. —

v. 12.) *Est vero hoc meum ad vos præceptum, ut vos invicem ametis, uti ego vos amavi; non tantum amabitis me, sed & vos invicem.*

De re jam supra, de illa nova lege dictum est, Amavi vos.

v. 13.) *Nemo habet majorem hoc amorem, ut* (nunc inserendum est; *quam:* Majorem nemo habere amorem, magis amare potest alios) *quam ut vitam deponat pro amicis suis.* — Supra hoc dixi.

v. 14.) *Vos vero estis amici, si feceritis, quæcunque ego vobis demando.* — Ergo ad vos pertinebit ille meus amor, quod pro vobis etiam moriar.

v. 15.) *Non amplius vos dico servos, quia servus nescit, quid Dominus ipsius agat. Vos vero paulo ante appellavi amicos, quia quæcunque audivi a Patre meo, vobis patefeci.*

Non dico vos posthac servos. Addit ipse explicationem: *Servus nescit, quid Dominus ipsius agat*" sive, Dominus cum servo non agit familiariter, celat ei consilia & incepta sua. Igitur si quis dicat in tali contextu: „*Non dico vos amplius servos;*" vult hoc: Non celo vos, quod est in animo meo, palam facio & proloquor omnia. Tale est etiam in sequentibus: Vos dixi paulo antea amicos

meos, amantissime vobiscum versor & loquor. Sed hoc: ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν, decies supra legimus: *Quae mihi sunt ab eo demandata, doctrinam mihi ab eo demandatam, patefeci vobis.* — „*Hanc vobis patefeci*“: hoc vero indigebit restrictione propter Joan. XVI., 12. Ibi dicit: multa habeo adhuc, quae vobis dicam; sed in praesenti non potestis ferre. Spiritus cum venerit, is patefaciet vobis omnia. Igitur non omnia sensu maxime proprio, non omnem tradiderat doctrinam. Igitur ne haec invicem pugnent, in nostro loco ea fieri poterit restrictio: Omnem summam doctrinae a Patre meo demandatam vobis tradidi, in universum omnia consilia, omne opus Dei, quod vult effici: in posterum multa singulatim intelligentur. Potest quis summam rei scire, sed non singula, quae ad rem pertinent.

v. 16.) *Non vos me delegeratis, sed ego vos delegeram mihi & constitueram, ut vitam ageretis, praestanda virtute constantissimam, ut adeo, quicquid petieritis a Patre nomine meo, illud tribuat vobis.*

Quaedam sunt hic tradita alibi. Delegi vos mihi comites, discipulos futurosque ministros. Sic bis explicavi ipse Cap. XVI. & XIII, 18. Prius igitur vos non elegistis me ducem, doctorem, amicum, sive, vos non fecistis initium amicitiae nostrae mutuae, non sponte ad me venistis. Ego feci initium amicitiae (nostrae) mutuae, (non sponte ad me venistis): *Wie es immer in den Evangelien heißt: Vocavi Nathanaelem, vocavi Andream &c.* Vocavi vos ministros in munere gerendo. Sunt igitur haec plane adstricta duodecim Apostolis, quibuscum in Palaestina vitam transegerat. — Singula videamus. Ἔθηκα ὑμᾶς, ἵνα καρπὸν φέρητε, *posui vos, ut fructum feratis.*

Posui

Posui vos, Destinavi vos, constitui, ut vos hoc faceretis, & haberetis. Sensus est, & usurpat illud „*Pono, ut fiat*" pro: Constituo, Decerno: quemadmodum homo deinde dicitur positus esse, κειται, jacet, positus est, homini est destinatum, vult Deus hoc homini evenire. cf. 1 Thess. III, 3. quanquam & alibi ita occurrit. — Porro: *ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε καὶ καρπὸν φέρητε, ut vos abiretis & fructum ferretis.* Abiretis, ut vos vitam porro ageretis, & fructum ferretis, *daß ihr nun so fort wandeln und Früchte tragen sollt.* Quid si evoluamus Luc. VIII, 14. Est ibi parabola de vario semine, quod aliquis sparserat, cujus pars inter spinas ceciderat. Igitur semen, quod inter spinas cecidit, significat eos, qui audiunt doctrinam Christi, sed a curis & divitiis & voluptatibus hujus vitæ suffocantur: homines illi, ut semen πορευομενοι, *Indem sie nun dahin leben, so fort wandeln*, homines eunt & per varia suffocant semen. Jam illud „*Ambulare*", multoties dicitur pro „*Vitam agere*". Si ita est, quid erit illud: ut vitam porro ageretis & fructum ferretis multiplicem? *daß ihr in eurem ferneren Leben und Wandel viel Früchte tragen sollet*, fungamini munere vestro.

Superest: *Fructus vestri manent.* „*Ego fero fructum, qui manet*", puto esse illud: Fero fructum constantissimum: *ich bringe immer weiter Früchte:* uti semel cœpi, sic pergo ferre fructus, i. e. constanter fero fructus. — Estne omnis res & sententia vera & perspicua? — Ergo repetam locum:

„Delegi vos discipulos, comites, futuros mini„stros, & destinavi vobis hoc, decrevi super vos hoc, „ut in reliqua vita vos feratis fructus constantissimos. „*Ich habe es so eingerichtet, daß ihr in eurem „Leben beständig Früchte bringen sollt:* usque ad „halitum vitæ vestræ feratis fructus.

Sequitur emolumentum, quod inde oritur: *Ut adeo pater meus tribuere possit vobis, quicquid petieritis in nomine meo ab eo.* — Hæc sunt prædicta aliquoties.

v. 17.) *Hæc præcepi vobis:* (inseramus) Hoc tantum, hoc unum vobis inculco, *ut vos invicem ametis. Nur das vergesset nicht in eurem übrigen Leben*, ut vos invicem ametis.

v. 18.) & 19.) (Hic statim sensum exprimo) *Si, qui a mea religione abhorrent, vos odio habuerint, scitote, eos me prius quam vos, odio habuisse. Si e numero contemtorum meorum essetis; hi contemtores vos amarent suos socios; quia vero non estis e numero contemtorum meorum, sed quia vos mihi delegi ex illo numero contemtorum meorum, propterea vos isti homines odio habebunt.*

Hic non puto esse quid addendum, nisi quod in v. 19. το ιδιον vertebam: *Sodales suos.* Necesse est, ut κοσμος sit Grex: in cœtu est το ιδιον, *was zu dem Cœtu eigenthümlich gehört*, membra cœtus. — Amarent vos illi homines ut sodales suos, *die eigenthümlich zu ihm gehören: Wie sich dieses auch in der Folge bestättiget hat. Ich rede hier nicht von der Verfolgung der 12 Apostel, sondern sage, daß diese 12 Männer aus den Verächtern Christi herausgewählt worden sind, und so eine Veränderung in der Welt hervorbrachten. Dies wollten die Juden nicht leiden. — Ich glaube nun nicht, daß hier könne von der dogmatisch verstandenen Gnadenwahl die Rede seyn, daß Gott diejenigen herausgewählt, von denen er* fidem finalem *vorausgesehen. Von der Sache selbst will ich hier nicht reden: ich bitte aber vom 16. v. an zu lesen, und zu sehen, ob selbige hier*

kön-

könne verstanden werden, und nicht vielmehr: ego vos delegi ministros.

v. 20.) *Mementote modo dicti illius, quod nuper vobis proposui: minister non est meliori conditione, quam dominus ejus. Si me afflixerunt miseriis, etiam vos affligent miseriis: si meam doctrinam probarunt, observabunt etiam vestram doctrinam,* probabunt & observabunt.

Non sunt hæc obscura. Tamen inest solatii. Quamquam sunt probaturi vestram doctrinam; tamen etiam erunt contemtores vestræ doctrinæ. Hoc dictum Cap. XIII., 16. occurrit. — Adjiciam hic aliquid: — Fuerunt, qui verba illa „τήρειν τόν λόγόν" interpretarentur: Observare animo malevolo alicujus dicta, *auf Eines Worte lauren.* Si meis dictis insidias struxerunt, etiam vestris insidias struent. — Non male quoad rem; sed tamen illud: „Maligne captare dicta alicujus" est potius, quantum ego novi: παρατηρειν τον λόγον. Et quantum omnes nos novimus, τηρειν τον λογον χριϛȣ, per totum N. T. est: observare doctrinam Jesu in meliorem partem, ut videatur eadem vis verbi esse tenenda. *Vielleicht war das etwas Anstößiges für manche Ausleger, daß hier etwas Gutes ist.* — Inest solatii: *ein Theil wird euch drücken; ein Theil wird euch aber auch schätzen. &c.*

v. 21.) *Sed hæc omnia adversus vos facient propter me, quia non norunt eum, qui me misit. Unde etiam meam spernunt doctrinam.*

v. 22.) *Nisi venissem, nisi illos docuissem, nulla esset eorum culpa. Jam vero non habent excusationem sui facinoris.*

ȣκ ειχον ἁμαρτιαν, *Non haberent culpam.* In Cap. IX., 41. hoc eodem modo legeramus. *Hätte ich sie nicht gelehrt; so wären sie nicht straffällig.*

fällig. Jam vero postquam eos docui, non habent prætextum sui facinoris, i. e. non vacant culpa, non possunt se excusare. In hoc extremo, excusationem peccati esse Rejectionem doctrinæ, est perspicuum, quod in illo Cap. IX, etiam sic occurrit & alibi.

v. 23.) *Qui me odio habet, qui meam doctrinam repudiat, is Patris mei doctrinam repudiat.*

v. 24) *Si miracula inter eos non fecissem,* Nisi fecissem inter eos miracula, *quæ nemo alius fecit, nulla esset eorum culpa. Jam vero & viderunt miracula illa mea, & tamen spreverunt & me & patrem meum.* Carent igitur excusatione.

v. 25.) *Sed sic etiam valet hic, quod scriptum est in codice: odio me habent temere.*

Hic locus est e Ps. LXIX., 5. depromtus. In illo Psalmo si forte non fuerit de Messia unice & literaliter sermo, relinquitur tamen accommodatio ad eum, ut, quemadmodum illi Israelitæ dicuntur odisse Davidem, ita hic eodem modo Judæi Messiam dicantur odisse. In versu nostro est abruptus sermo, & sic explendus est: *Sed hæc ita facta sunt, ut valeret & de me*, quod est in Psalmo illo scriptum. In verbis Psalmi: „δωρεάν με ἐμίσησάν, *temere me oderunt, sine caussa*" hoc δωρεάν græce non sic dicitur. Videamus, quid sit δωρεαν. Etsi *Gratis* significat; in Alexandrina Versione ad verbum ebraicum: חִנָּם vertitur; sed hoc est: Frustra, incassum, sine caussa. Igitur δωρεαν per ebraismum idem significat. — His additur solatium.

v. 26.) *Si adjutor veniet, quem ego vobis mittam a Patre, spiritus veræ doctrinæ, doctor, qui a Patre venire solet, ille de me testimonium perhibebit.*

v. 27.

v. 27.) *Atque etiam vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum fuistis.*

De nexu & re videamus, etsi nihil est obscurum. — Adjutor, quem ego vobis mittam a Patre, de me testimonium perhibebit, adeoque illo testimonio perficiet, ut fiat perspicuum & verum appareat, me esse filium Dei, qui hanc a Deo acceptam doctrinam tradidit. Sed res capite sequenti ab ipso Christo perspicue dicetur. Testimonium spiritus erit, partim in doctrina, partim in miraculis. — In doctrina: — per Apostolos docuit & confirmavit porro ea, quæ Jesus ipse per triennium doceret: Per miracula: dum his Apostolis illam vim miracula patrandi donaret, ut fides illis fieret & divina eorum legatio confirmaretur. Inde etiam cum in 1 Joan. V. de testimonio spiritus sancti quædam tradantur, ea & ipsa huc pertinent. — Verum reddet illud, quem fuisse me dixi, per doctrinam & miracula. V. 27. non est obscurus. *Vos ab initio inde mecum fuistis:* Ab initio muneris mei per triennium gesti. Audivistis & vidistis omnia: Vos estis αυτοπται. Non poterit ergo dubitari de iis, quæ vos vidistis & audivistis.

Queritur ergo Jesus in hoc loco de repudiatione doctrinæ suæ inter Judæos. Sed, inquit, etsi nunc sum repudiatus, tamen brevi post spiritus a Deo missus de me testimonium perhibebit, ut & vos Apostoli testabimini. Sic hoc duplici testimonio tamen confirmabitur, me fuisse a Deo generis humani, ejusque salutis caussa missum. — In loco autem, qui est de Paracleto, supersunt duæ propositiones; ut videntur vero, non difficiles intellectu, etsi de una est disputatum. Prior illa propositio: „*Paracletum mittam vobis a Patre*" quæ brevius expressa, sic potest expleri: Paracletum expetam mihi a Patre, & sic vobis illum mittam. Caussa sic intelligendi loci

est in Cap. XIV., 16. ubi est his ipsis verbis usus: *Rogabo Patrem, ut alium loco mei vobis det paracletum.* Quæ rursus in Act. II., 33. etsi verbis aliis, eodem tamen sensu dicuntur, quem locum possumus paucissimis percurrere. Nunc ea verba Petri, postquam effusus erat spiritus die pentecostali videamus. Ibi dicit; *Jesus ad dextram Dei evectus, effudit nunc super nos spiritum illum, de quo sermo erat.* Jesus λαβὼν τὴν ἐπαγγελίαν τȣ̃ ἁγίȣ πνεύματὸς παρά τȣ̃ πατρὸς. λαβων τήν ἐπαγγελιαν, accepit id quod promisit nobis. — ἐπάγγελία τȣ ἁγιȣ πνευματος, promissus spiritus. — Accepit a Patre spiritum illum, quem nobis promisit, & postquam eum accepit a Patre, effudit, uti promisit, eum effusurum esse hunc spiritum. — Hanc igitur propositionem: „*Paracletum quem vobis mittam, expetitum a Patre*" nunc explicat altera propositio: scilicet *Spiritum veræ doctrinæ, qui a Patre exit,* sive, *qui a Patre venit ad homines, qui a Patre mitti solet ad homines.* Ea enim sunt correlata: Deus mittit spiritum: spiritus ergo exit, egreditur e Deo ad homines; Deus igitur mittit eum, egreditur ergo spiritus. Hic sensus loci est a multis jam traditus, de quibus nominare possum Bezam, Comitem de Linar in paraphrasi hujus Evangelii, missis aliis. Commemorabo etiam, qua ratione verba hæc sint a *Chrysostomo* intellecta: „*qui a Patre exit*". Dicit igitur hoc indicare, *eum omnia Dei consilia, omnem doctrinam Dei perspectam habere.* Quomodo hoc est in his verbis? Scilicet, uti Jesus dicit, se venisse a Patre, exiisse a Patre suo; dicit sæpe hoc: se igitur scire omnia Patris consilia, omnem doctrinam, se apud eum fuisse, se audivisse omnia ejus consilia, se nunc venisse ad homines, se nunc hominibus hanc afferre doctrinam. Neque est in interpretatione hac, ut si quis maneat in ea, quod repugnem. —

Verum præter has explicationes etiam est alia, easque perantiqua, quæ hac propositione utitur ad divinitatem spiritus sancti confirmandam, ideoque spiritum a Patre procedentem interpretatur: Spiritum, qui habeat essentiam, perfectiones easdem, quas habet Pater & quas accepisse dicatur a Patre. Hæc perantiqua sunt. Facta est deinde publicæ auctoritatis in Concilio Constantinopolitano eo, quod extremo seculo IV. habitum est, adeo, ut Macedonianorum sententia, qui negant spiritum sanctum esse divinæ naturæ, repudiaretur. Quare his opponebatur illud „Spiritum a Patre procedere“ sensu eo, quo commemoratum est. Atque hanc ita publica autoritate munitam sententiam & interpretationem esse ad hunc usque diem inter nos quoque publicam & symbolicam, neminem fugit. Quare cum sit illud verbum Procedendi redactum illo sensu; quilibet intelligit, hoc verbo Procedendi, ubi de spiritus sancti natura sermo est, & esse interdum sensu eo, quo auctoritate publica & sensu symbolico dicitur inter nos — Ceterum in vocabulo per se non videtur hic sensus esse, quoad est vocabulum. „*Exire*“ enim per se non sic dicitur. Et quanquam hoc verbum in hoc tantum loco „εκπορευεσθαι“ usurpatur; tamen hoc non videtur impedire, quo minus εκπορευεσθαι sit idem quod aliis locis est εξερχεσθαι. Cum vero hoc loco tantum spiritus εκπορευομενος diceretur; factum est, ut illud verbum proprium fieret de spiritu; sive, *Processionem* propria quadam peculiari significatione dixerunt.

Denique intelligetur per hæc, esse tres horum verborum explicationes, quæ per contextum possunt locum habere Hæc sensim indicabuntur. Igitur nulla earum sola est possibilis & evidens; nam etiam alia potest locum habere. — Hæc de loci sensu monere volui. Nil vero dixi de dogmate, sive de spiritus

sancti

ſancti natura, attributis divinis, quæ ex aliis ſcripturæ locis poſſe ſingula ſingulatim confirmari, intelligetis. — Tantum erat ſermo de verbo εκπορευεσθαι. —

Venio ad alia. — Hactenus hoc caput interpretatus ſum de Apoſtolis proprie, & proxime, nec tantum de omnibus illorum officiis in vita omni, ſed nominatim etiam de illorum munere. Nunc quomodo poſſunt hæc ad ceteros chriſtianos nosque ipſos transferri, paucis indicare volumus. Ergo quis dubitet, ad omnes chriſtianos transferri ea: eſſe conjunctionem inter eos & Chriſtum: nos ſine Chriſto nil facere poſſe, ſive, neglecta doctrina Chriſti, non poſſe vitam agere, qualem præſcribit doctrina illa: ut nil dicam de mutuo amore in hoc capite, qui præcipitur. Hæc ſunt etiam nobis omnibus communia. Et hujusmodi talium ſermonum Chriſti accommodatio ad omnes chriſtianos fieri recte poteſt per auctoritatem hujus ipſius Joannis, qui in prima epiſtola tota hos ſermones, hæc præcepta, has promiſſiones transfert etiam ad omnes chriſtianos. Nec pœnituerit perlegiſſe per hanc occaſionem illam primam Joannis epiſtolam, & videre, quomodo communia faciat omnibus chriſtianis. Quæ ante dicta ſunt, non habent vim, ut verbis conſolandi vim eriperem. — Illud tamen interpretis officium ſemper relinquitur, ut videat, quid proxime ſignificent verba & deinde, quibus perſonis ea ſunt dicta.

CA-

CAPUT XVI.

v. 1.) *Hæc vobis prædixi, ne offenderemini.* — v. 2.) *Excludent vos sacris suis, & omni communione; Atque adeo veniet tempus, quo qui vos occiderit, existimaturus est, se Deo cultum præstare.*

v. 3.) *Hæc vero vobis ita facient, quia neque norunt patrem, neque me.*

v. 4.) *Verum hæc prædixi vobis, ut, cum venerit tempus, memores sitis horum, me vobis hæc prædixisse. Ceterum hæc vobis ab initio non aperui, quoniam vobiscum adhuc versabar.*

In v. 1. ταυτα λελάληκα ὑμιν. Ταυτα, Ea, quæ de futuris eorum miseriis proximo capite dicta fuerant: ὁ κοσμος vos odio habebit. Hoc ex additamento clarum est: *ne offenderemini.* Ergo prædixit eam rem, qua possent offendi: prædixit autem futurum κοσμȣ odium. „*Offendi*" erit: Miseriis multis abduci a Christo Christique religione, ad Apostasiam abduci multis miseriis. Sic & alibi σκανδαλον, ubi sectatoribus suis futuras prædicit miserias.

In v. 2. „αποσυναγώγȣς ποιήσȣσιν ὑμας" jam bis est illustratum. Ἀλλ' ἔρχεται ὥρα. Αλλα non est hic: „*Sed*": non enim cohæret: Ex cludent vos sacris suis, sed veniet tempus &c. Erit αλλα igitur *Atque adeo.* Si opus sit exemplo, est sæpe in 2 Cor. VII., 11. — *Qui vos occiderit, putabit, se Deo cultum præstare*, nempe, Se pro religione Dei & Mosis pugnare, adeoque præstare Deo ipsi cultum, si hos Apostolos, Mosaicæ religioni repugnantes,

tes, e medio sustulerit. Atque sic est factum. Nam in caussis Stephani Act. VI., 13. omnis Stephani culpa, quæ prætexitur ab illis, est; *Blasphema dicit advesſus Mosen & instituta ejus & hanc urbem & templum:* dicit, *sublatum esse Mosaicum cultum;* igitur putabant, se Deum colere, si tollerent eum e medio, religionis caussa. Non est pluribus opus. Tamen Paulus Rom. X., 2. hoc idem dicit: concedo, zelo Dei flagrare, ardore defendendi Dei hoc facere, ut repudient christianam religionem.

Vix est, quod grammatice addam de προσφέρειν την λατρείαν, offerre cultum. Verbum Offerendi, proprie a victimis ad cultum Dei refertur. Sic etiam dicitur: Preces offerimus, laudes offerimus Deo: quidni, cultum offerre Deo? — Reliqua sunt plana.

In v. 4. ταῦτα δὲ ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς &c. Nihil plane horum vobis ab initio aperui. Nolui vos ante tempus luctu afficere.

v. 5.) *Sed nunc abeo ad eum, qui me misit, jamque nemo vestrum me interrogat, quorsum abis?*

v. 6.) *Sed quia ego vobis hæc dixi, me abiturum, vos miseros fieri; luctus pectus vestrum explevit.*

v. 7.) *Sed confirmo vobis sancte; prodest vobis, quod ego abeam: nisi enim abiero, paracletus non veniet ad vos: ubi vero abiero, mittam eum ad vos.*

Ἀλλ' ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν λέγω ὑμῖν: liberius vertebam: *Sancte vobis confirmo:* prodest vobis, nolite lugere. Nec est aliud, quam si dixisset: αμην, αμην λεγω ὑμιν.

v. 8.) *Cum autem ille adjutor veniet, arguet contemtores meos peccati, justitiæ & judicii.*

v. 9.

v. 9.) *Ac peccati quidem arguet, quia non suscipiunt doctrinam meam.*

v. 10.) *Justitiæ arguet, quia ad Patrem abeo, neque vos me amplius videbitis.*

v. 11.) *Judicii arguet, quia hujus mundi princeps condemnatus est.*

In v. 8. Cum illo igitur verbo ἐλέγχειν, quod verti *Arguere*, conjungemus hanc ideam: graviter persuadere, ut alter cogatur fateri & agnoscere. Primo enim hæc est vis verbi Arguendi, ἐλέγχειν, quod non tantum est in partem deteriorem: „*Convincere aliquem delicti*"; sed maxime: graviter persuadere, ut alter cogatur fateri & agnoscere. Tum enim cum in arte doctor demonstrat, tum dicitur ελεγχειν; & illa demonstratio est ελεγχος & ελεγξις: facit, ut cogatur alter fateri & cognoscere. *Id autem prædixi, quia hæc paracletus arguet τοῦ κοσμον*: non omnia sunt scelera, *das erste wohl, aber nicht δικαιοσύνη und κρίσις.* Igitur liceat monere, quod non possimus hic sequi versionem Lutheri. Ille enim vertit: *Er wird die Welt strafen um die Sünde, und um die Gerechtigkeit, und um das Gerichte.* Hæc idea non quadrat ad sensum loci: & hæc est diversa, etsi munus Spiritus sancti elenchticum fecerunt, aut munus pro concione hominum scelestorum peccata arguendi. Hæc non exhauriunt h. l. vim verbi. — Videamus reliqua. Ceterum verti *Arguere*, nam sic est lata significatio.

Primo loco: Arguet contemtores religionis meæ περι ἁμαρτίας. Hoc est facile, & explicatur in v. 9. In quo est ἁμαρτία? Quia non credunt in me; igitur απιςία. Hoc jam supra adfuit. Igitur horum verborum sensus est ille: Paracletus ille efficiet, ut contemtores mei intelligant, faterique cogantur, se peccasse graviter, quia meam doctrinam repudiarunt. Eventus docet, ita esse factum. Nam ex illo κοσμῳ

h. l. ex Judæis, doctrinam Christi qui repudiabant, magna pars est traducta ad religionem christianam. *Diese haben bekannt, daß sie vorher gesündiget, da sie die Lehre Jesu verwarfen; und indem sie sich genöthiget fanden, die Lehre Jesu anzunehmen, so hat der Geist sie überzeugt, daß sie sich versündiget hatten.* Evolnamus Act. II, 37. & seq: *da sie das höreten: diesen Jesus, den ihr gekreuziget habt, hat Gott zum Messias eingesetzt; gieng es ihnen durchs Herz, und sprachen zu Peter, und den andern Aposteln: Ihr Männer, lieben Brüder, was sollen wir thun? Die Antwort: Laßt euch taufen, und nehmt die Lehre Jesu an.* —

Alterum est: Arguet paracletus contemtores meos *Justitiæ.* Sed ea Justitia in eo est, *quia ad Patrem abeo vosque me non amplius videbitis.* Quomodo est in hac re Justitia? atque Arguere contemtores Christi justitiæ? Igitur liceat δικαιοσυνην vertere interea *Innocentiam:* & intelligere Innocentiam Christi ipsius. Eam pono in hoc, quod non fuit fraudator, rebellis homo, seditionum auctor, sed vere legatus divinus & spiritualis ille rex, Messiasque, quem se esse centies dixerat. Hæc est ejus innocentia. Hæc igitur innocentia Christi eluxit inde, quia ad patrem suum abiit. Si fuisset fraudator, rebellis, seditionum auctor; non Deus eum recepisset in cœlos, & non dedisset ei dextram ac propagasset religionem. *Das ist allezeit etwas Großes, wie schon oben ist erinnert worden.* Ex his igitur didicimus, *Jesus war gewiss kein Betrüger, kein Aufwiegler; er war gewiß von Gott gesandt,* rediit ad Deum uti dixit. *Und die Folgen von seinem Zurückgange liegen vor Augen bis auf den heutigen Tag.* Jam autem paracletus hujus innocentiæ Christi arguit

arguit contemtores ejus, fateri eos cogit, Jesum fuisse (innocentiam) innocentem: *sie fühlten sich gezwungen, dieses zu bekennen.* Id arguit per doctrinam, per miracula, ab Apostolis patrata. *Denn immer sagen die Apostel: im Namen Jesu stehe auf und wandle: im Namen Jesu sey sehend.* Sed ista miracula patrarunt auctore & auxiliante illo paracleto: Homines hoc modo fateri coguntur, fuisse Jesum innocentem. Porro non est dissimilis huic loco locus alius 1 Tim. III., 16. *Permagnum est mysterium pietatis, Deus apparuit in carne, & ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, Gott ist offenbaret im Fleisch, gerechtfertiget im Geist. Durch den Geist ist er gerechtfertiget worden, seine Unschuld ist für aller Welt an den Tag geleget worden.* Et multi loci in illa epistola ad Timotheum dicunt hoc: — Igitur ex ejus illa exaltatione apparebit ejus innocentia. —

Jam de hac δικαιοσύνη restat, ut admoneatur grammatice, quod tamen poterit paucis fieri. Semel enim constat, hominibus sæpe tribui δικαιοσύνην, significatu illo, ut sit eorum *Probitas, Virtus & Sanctitas.* Atqui si quis habet virtutem, sanctitatem, habet δικαιοσυνην, est innocens, quia est hac virtute & sanctitate præditus. Secundo neminem fugit, δικαιον, Justificare: qui igitur est justificatus, in eo est deinde δικαιοσυνη. Ubi autem valet hoc: *er ist gerechtfertiget;* relinquitur, eum esse innocentem, non potest carpi, reprehendi, puniri. — Non dico tantum de theologica justificatione, sed in vita communi etiam hoc dicimus. — His igitur de caussis non erit novum aut mirum, si δικαιοσυνη dicatur esse Innocentia Christi. *Er ist unschuldig, bey allen Menschen gerechtfertiget,* non potest carpi, reprehendi & puniri. Hanc vero significationem verbo

„δικα-

„δικαιοσυνη" jam tribuit Chrysosthomus; fecerunt idem Beza, Bengelius in Gnomone, & Paraphrasis Linariana & alii. Sunt etiam hujus verbi aliæ interpretationes. Hanc vero nostram verisimiliorem reliquis æstimavi.

Sed *Tertium* illud, de quo persuadebit paracletus contemtoribus Christi, dicitur κρισις, Judicium; Coget igitur fateri eos, judicatum esse. Sequitur explicatio: *quia hujus mundi princeps est condemnatus.* Hi cogentur fateri, hunc principem judicatum esse: *Judicatum*, vel potius *Condemnatum.* Nunc cum loco illo conferri debet Cap. XII., 31. ubi princeps mundi dicebatur ejectus foras: in quo erat ipsum illud: *Condemnatus est, factus est miser*, ut qui foras ejiciuntur. In eodem loco κοσμος etiam dicebatur judicatus esse: quod erat: κοσμον illum factum esse miserum, sive, destructum fuisse. Hæc de verbis — De re sæpe jam dictum est. Nam & hic princeps mundi intelligetur Satanas hactenus, quatenus est ejus regnum απιςια, superstitio, flagitiositas. Sic ille condemnatus, miser factus, punitus, foras ejectus, significat illud: omne regnum Satanæ esse destructum, sublata απιςια, superstitione, flagitiositate, fractis vitiis hominum. Verum hæc evenerunt omnia, uti constat per doctrinam Christi. Ubi igitur paracletus per Apostolos doctrinam propagabit h. e. ubi Judæi a sua απιςια adducentur ad Christianismum, ubi pagani a sua idololatria adducentur ad Deum & Christum, ubi homines flagitiosi adducentur ad vitam meliorem, religioni conformem, ubi hoc sensu spiritus propagaverit doctrinam; tum contemtores Christi fateri cogentur: *nun ist das Reich des Satans zerstört: Ruchlosigkeit, Unglaube und Aberglaube sind nun auf eine unglaubliche Art gehindert worden.* Sic damnatus est ille αρχων per

doctri-

doctrinam. Cogentur fateri homines, sic esse factum. *So ist es bis auf diesen Tag. Wir würden unwissend und undankbar seyn, wenn wir dieses nicht erkennen wollten.* — Hæc sunt igitur illa tria; & hæc est explicatio Cap. XV., 26. ubi erat: *Paracletus de me testimonium perbibebit. Die Welt wird erkennen, meine Verächter werden erkennen, dass sie sich an mir versündiget haben, und dass durch mich und meine Lehre das Reich des Satans ist zerstört worden.* — Quid? si versus hos relegamus denuo, sed magis περιφραστικῶς:

„Ubi igitur venerit ille vester adjutor, fateri coget contemtores meos, peccatum esse admissum, innocentiam fuisse, condemnatum esse, (*unbestimmt*). „Peccatum esse admissum, quia meam repudiant doctrinam: Innocentiam fuisse meam, me fuisse innocentem, quia ad Patrem revertor, exaltor, neque amplius inter vos versor homo adspectabilis: condemnatum esse, quia princeps ille mundi, is qui regnum habet in mundo, destructus & foras ejectus est.“ —

v. 12.) *Habeo adhuc multa, quæ vobis dicam, sed non potestis nunc quidem satis ferre*, satis capere.

v. 13.) *Ubi autem venerit ille paracletus spiritus veræ religionis doctor, is in viam omnis veræ religionis vos ducet.*

Res est supra Cap. XIV., 26. perspicue dicta & proprie: *Spiritus ille vos omnia edocebit.* Hic tropice: Viam demonstrabit ad omnis veræ religionis cognitionem.

Neque enim docebit ille vos per se, sed quæcunque audiverit, ea docebit, atque adeo ventura vobis renuntiabit.

Non per se, sed quae audivit, docebit: — his jam sumus adsueti, Christum sic de se loqui: Non per me, sed per Patrem loquor, i. e. Doctrinam a Patre mihi demandatam trado: *Hier auch so:* spiritus ille non per se, sed a Deo acceptam tradet vobis doctrinam. *Folglich, was wollte Jesus aus jenen Worten geschlossen wissen?* Mea doctrina non erit mea: *also auch hier:* doctrina spiritus non erit doctrina sua, sed Dei: qui spiritum repudiat, Deum repudiat. — Additur illud: *etiam venturas res vobis renuntiabit.* Scimus ex historia Apostolorum, eos & ipsos futura prædixisse, de Hierosolymitano excidio, & quæ sparsim dicta sunt in epistolis Apostolorum: *der Herr ist nahe, der Herr steht für der Thür.*

v. 14.) *Ille igitur meam gloriam illustrabit, quia de meo sumet, vobisque tradet illa, & vos docebit*, sive, meam doctrinam vobis tradet, ut antea: audiet a Patre. *Gott wirds ihm auftragen. Hier: er wirds von den Meinen nehmen: ich werde es ihm auftragen.* Uno verbo est hoc nil aliud, quam quod antea dictum est: Pater mittet eum: ego rogabo Patrem, ut eum mittat. Quicquid acceperitis ab eo, est a Patre & a me.

v. 15.) *Omnia, quæ Pater habet, mea sunt; propterea dixi: de meo sumturum & vobis traditurum.*

Quæ Pater habet, mea sunt; mea & Patris doctrina eadem est. Qui meam tradit, ille tradit Patris doctrinam. *Auftrag von Gott ist Auftrag von mir, und Auftrag von mir ist Auftrag von Gott. Eben dieselbe Lehre, die ihr bisher von mir gehört als Gottes Lehre, wird er euch lehren, und euch weiter führen.*

v. 16.

v. 16.) *Brevi post me non videbitis, sed rursus brevi post me videbitis, me ad Patrem reverti.*

Videbitis me reducem in vitam, videbitis vero etiam me hactenus, quoad ad Patrem abeo, sublimis in cœlum abeo. Brevi post me non videbitis, moriar, brevi post me videbitis, redibo in vitam, videbitis etiam sic, me in cœlum & ad Patrem reverti.

v. 17.) *Hic igitur discipuli invicem: quid sibi vult, quod dicit nobis: brevi post me non videbitis, sed rursus brevi post me videbitis: item: redeo ad Patrem.*

v. 18.) *Dixerunt igitur: quid sibi hoc vult, quod dicit: Brevi post? Nescimus, quod loquatur.*

v. 19.) *Jesus animadvertens, ipsos eum interrogare velle, sic loqui incipit: Quæritis de eo, quod dixeram: brevi post me non videbitis, sed rursus brevi post me videbitis.*

v. 20.) *Confirmo vobis, vos in luctu & mærore fore, contemtores vero meos in gaudio: Sed vos eritis in luctu, verum luctus vester mutabitur in gaudium*, vel, sed etiam si fueritis in luctu; tamen hic mutabitur in gaudia. — Historia hæc illustrat.

v. 21.) *Mulier cum partum edit, sentit dolorem, quia instat tempus, partum edendi: cum vero partus est editus, non amplius illius angoris recordatur præ illo gaudio, quod homo est in mundum editus.*

v. 22.) *Similiter, & vos nunc luctum sentietis, sed rursus videbo vos, tum pectus vestrum gaudio replebitur, & illud gaudium vestrum vobis nemo eripiet, eritque hoc gaudium constantissimum.*

v. 23.) *Illo vero tempore nil me amplius interrogabitis*, vel, tum vero post reditum in vitam omnia illa vobis erunt plana, quæ hactenus de abitu subobscure dixi, quæ non potuistis perspicere. Sequuntur alia quædam solatia.

v. 23.) *Confirmo vobis, quicquid vos rogaveritis a Patre, quia ego ita vos precari jussi, id dabit vobis.*

v. 24) *Hucusque nil ab eo petiistis, quia ego vos non jussi: modo petite & accipietis, ut fruamini abundantissimo gaudio.*

v. 25.) *Hæc dixi subobscure; sed veniet tempus, quo non amplius obscure vobiscum loquar; sed perspicue vos de Patre meo edocebo.*

v. 26.) *Illo igitur tempore petetis, quia ego vos jussi: taceo me quoque pro vobis precaturum esse Patrem.*

v. 27.) *Ipse enim Pater vos amat, sponte vos amat, quia vos me amastis, & persuasum habuistis, me a Patre exiisse, & venisse.*

v. 28.) *Veneram vero a Patre, & in hanc terram veneram: rursus relinquo hanc terram, & abeo ad Patrem.*

In v. 24. *Huc usque nil a Deo petiistis in nomine meo.* Caussæ sunt illæ, quia hæ preces, de quibus sermo est, maxime pertinent ad res, quibus illis in munere gerendo erat opus, ut antea jam dictum est. Sed hactenus nondum functi fuerunt eo munere, non potuerunt igitur sibi expetere a Deo hactenus auxilium. Secunda caussa: in nomine Christi precari, erat illud: Jubeo vos provocare ad me, si in munere vestro opus habeatis auxilio: *sagt nur, er hat uns an dich, o Gott, gewiesen.* Hoc vero non fecerat antea, nisi in his ultimis sermonibus, ubi de munere gerendo eos instruxit. — Plerique dicunt:

igitur

igitur Apostoli Jesum non putarunt servatorem. Sed his nunc non videtur esse locus, quia de munere sermo est, & Jesus hoc antea jam dixerat. *Gott gieb uns das; dein Sohn hat uns befohlen, es von dir zu bitten.*

In v. 25. *Hæc dixi vobis ἐν παροιμίαις.* Jam supra erat Cap. X., 6. Admonitum est: παροιμίας esse obscurius dicta. Ibi erat Allegoria. Nunc igitur: ἐν παροιμίαις λάλειν ex eadem caussa erit, *ænigmatice*, subobscurius loqui cum aliis. Non plus inest ex hebraismo recepto. Abeo, redeo, brevipost me videbitis, brevipost me non videbitis, lugebitis & mœrore affecti eritis. *Nur Winke über die Zukunft giebt er ihnen hier.* — Sed veniet tempus, quo non amplius obscurius loquar vobiscum, sed παῤῥησίᾳ, Παῤῥησία est perspicue, propter oppositum: ἐν παροιμίαις. —

Ἀναγγελλῶ, Nuntio vobis de Patre, i. e. Edoceo vos de Patre. Hic ebraismus etiam est notus. Jam qualia Christus post reditum in vitam perspicue dixerit Apostolis, id ex historia de resurrectione apud Lucam aliquantisper potest intelligi: Eum interpretatum fuisse Apostolis vaticinia, & ostendisse, ea fuisse omnia sic instituta. *Mußte nicht Christus solches leiden und auferstehen von den Todten am dritten Tage, und zu seiner Herrlichkeit eingehen?* Illo igitur tempore uberius illa omnia illustrat. *Es war einmal der Entschluß Gottes: Nach Leiden soll mein Sohn zur höchsten Herrlichkeit erhaben werden.* Evoluamus etiam Act. I. Ibi igitur illud tempus, quo in cœlum ascendit, describitur sic: ἡμέρα, tempus, quo mandata varia dederat Apostolis. In v. 3. *his se vivum exhibuit post passionem multis cum miraculis, ita ut per 40 dies cerneretur ab iis, & ille edoceret eos de regno Dei.*

Lukas

Lukas sagt: ich habe mein Evangelium fortgesetzt bis auf die Zeit, da sich Jesus entfernte. Wie beschreibt er die Zeit? postquam varia mandata dederat Apostolis suis Chr.stus. Er hat sie auf ihr künftiges Amt umständlich unterrichtet. Secundo: edocuit eos de regno Dei, vel, *von der Kirche, der Lehre, den Gemeinden, die da ausgebreitet werden sollten.* — Tunc igitur de patre meo liberius loquar: vos uberius instituam: *Wenn nur diese Reden aufgeschrieben wären. Inzwischen sind sie nicht historisch aufgeschrieben; so sind sie doch dogmatisch aufgeschrieben, ich will sagen, in den Briefen der Apostel. Also auch in der Betrachtung verdienen ihre Briefe Achtung, weil Jesus sie noch 40 Tage instruirt hat. Und nun nehme man dazu die Verheissung von dem Beistande. Ohnmöglich muthlos konnten und mussten sie dann ihr Amt antreten.*

In v. 26. *Illo igitur tempore cum denuo in vitam rediero, facietis preces, quia ego jussi: Gott, nun lebt dein Sohn: er ist erhöhet, leite mich in meinem Amte. Ananias und Sapphira wollten mich hintergeben, stehe mir bei: hilf mir ein Wunder an ihnen verrichten. Sergius und Elymas wollten mir nicht glauben, stehe mir bei, thue Wunder an mir. Waren sie nun so sehr belehrt von dem Reiche Gottes, mit welchem Vertrauen konnten sie also beten? Wir breiten es aus, Gott, du kannst uns nicht verlassen, wir breiten das Reich deines erhöheten Sohnes aus, und dieser hat uns versprochen, daß wir Alles in unserm Amte von dir erhalten sollen.*

Καὶ ȣ̓ λέγω ὑμῖν, *Non dico vobis, me Patrem pro vobis* precaturum esse: Non dico vobis, Nunc illud prætereo, illud nunc taceo, illud nolo dicere, me pro vobis esse precaturum, hoc prætermitto.

v. 27.) *Pater enim ipse sponte vos amat, quia vos me amastis & credidistis, me a Deo esse ad vos missum*, legatum Dei ad vos fuisse.

v. 28.) *Exii a Patre & veni in has terras*, verum est, me ab Deo exiisse & venisse in terram, recte hoc creditis; *sed rursus relinquo hanc terram, & revertor ad Patrem, a quo veneram.*

v. 29.) *Jam hic discipuli: en, inquiunt, nunc perspicue loqueris*, nunc non subobscure mentem tuam explicas.

v. 30.) *Nunc scimus te nihil latere nec opus habes, ut quis te interroget. Proinde credimus, te a Deo fuisse ad nos missum.*

Hæc sunt omnia quidem in se admodum facilia; quædam tamen non satis videntur apparere.

Dicunt: *nunc perspicue loqueris*, nunc nihil dicis obscure. Unde fit, ut illis ipsis sint tam repente perspicua? Nam in v. 14. dicunt, *se nihil adhuc intellexisse*: nunc dicunt, se intelligere; & tamen a v. 20. inde usque ad nostrum locum Christus nihil dicit, quod non antea decies dixerat, & tamen non fuerat intellectus. Post hæc igitur repetita simpliciter, nunc se intelligere omnia dicunt? Fortasse igitur festinant quodammodo, dum dicunt, se intelligere, etsi non satis intellexerant: Fortasse, quia sine fine ea repetierat, nunc putant, se omnem tenere rem. Fortasse etiam nunc animorum consternatio paululum cessaverat, ut cum attentius audirent, & post hanc attentionem adhibitam adderent illud: *Nunc sunt tibi omnia nota.* — Quomodo hoc poteram præstare certo? Nescio, quod in mentibus illorum fuit, ut nunc omnia intelligant: utor igitur conjecturis quibusdam: & quilibet interpres est lis usus.

v. 30.

v. 30. *Nunc novimus, te omnia scire.* Unde norunt hæc? Quid antea dixit, & fecit, quo suam omniscientiam patefaceret? Fortasse quia indicaverat Apostolis desiderium. Supra erat: unus alteri dixit: quid hoc vult? nemo ausus est eum interrogare. In v. 19. Animadvertens Jesus, ipsos eum interrogare velle, incipit igitur eos docere, igitur animadverterat, quid vellent, prævenerat votis eorum, ut adeo dicant, nihil te latet, bene tibi nota sunt nostra desideria & exposuisti nobis ea pluribus verbis. — Sed nec hoc possum præstare certo. Cum hæc cognoveris, non habes opus, ut aliquis te roget: dic mihi res, explana uberius: tu vidisti desideria, & prævenis hominum optatis Proinde igitur persuademur nobis, te legatum divinum esse, sive; etiam ex hac re, quod sic prævenisti optata & vota nostra, est novum documentum, cur credamus, te a Deo esse missum. — Jam vero in hac re, dum se dicunt, perspicue intellexisse, se festinasse quodammodo e v. 31. apparebit.

v. 31.) *Respondet iis Jesus: num in præsenti creditis?*

v. 32.) *Sed scitote, venturum esse tempus, & jam adest, quo unusquisque in suum quisque domicilium dispergetur, me solo relicto:* Sed cavete vobis, paulo post fortasse dubitare incipietis, fugietis, me solo relicto. Igitur post hæc demum omnia uberius inspicietis, cum ego plus vos edocuero.

De illo: *quilibet vestrum delabetur in suum quisque domicilium,* novimus, quosdam substitisse Hierosolymis, quosdam Galilæam abiisse: me solo relicto, και ουκ ειμ &c. *sed non sum solus: Pater enim mihi auxilio suo aderit.*

v. 33.) *Hæc dixi vobis, ut quoad me essetis animo tranquillo: quoad adversarios meos, sa-*

tis

tis habebitis angoris: sed bono animo estote, ego vici istos meos adversarios & contemtores:

θλίψιν ἕξετε ἐν τῷ κόσμῳ. Jam statim postquam fuerat sepultus Christus, latitabant domi, foribus adeo clausis: audiebant rumorem illum flagitiosum; furto abstulisse eos suum corpus. Jam tertia die post cœpit illa θλίψις: jacente adhuc Christo in sepulcro. Notæ sunt Apostolorum miseriæ omnes ceteræ. Verum θλιψις illa, unde venit nisi a Judæis? Ab his nefarii rumores sparsi sunt. Igitur habebitis angores animi εν τω κοσμω, respectu hostium & contemtorum meorum: *so viel an diesen meinen Verächtern ist, wird euch Sorgen, Angst, Furcht treffen.*

Hoc intellecto debet perspicuum esse prius comma: ἵνα ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε: εἰρηνην animi tranquillitatem: opponitur enim θλίψει, angori animi, εν εμοι, respectu mei, quod ad me attinet, poteritis animo esse tranquillo. Dixi enim vobis, fore vos miseros, me abiturum, moriturum: Addidi etiam solatia: redibo, plura discetis a me, quam antea; verum bono estote animo; ego superavi eos meos hostes i. e. ego sum caussa, cur illi adversarii tamen vos opprimere plane non possunt: *Ihr werdet doch euer Amt führen, und die Lehre ausbreiten.* — Hæc sic dicta Apostolis illo tempore poterunt deinde ad nos, alio modo intellecta transferri, ut nostra fiant solatia.

CA-

CAPUT XVII.

Ita pergimus ad eas memorabiles Christi preces extremas.

v. 1.) *Hæc cum dixisset Jesus, sublatis ad cælum oculis, sic precari cœpit: Pater adest tempus, fac ut innotescat filii tui dignitas, ut etiam per filium tuum tua vicissim dignitas innotescere possit:*

v. 2.) *quandoquidem eum omnium hominum dominum fecisti, ut omnibus iis, quos tu ipsi tradidisti, æternam largiatur felicitatem.*

v. 3.) *Est vero felicitas æterna in eo, ut te, solum verum Deum, & legatum tuum Jesum Christum cognoscant.*

v. 4) *Ego quidem feci, ut in his terris dignitas tua innotesceret: negotium, quod mihi agendum demandaveras, absolvi.*

v. 5.) *Jam igitur, Pater, redde mihi dignitatem eam, qua fruebar apud te ante mundum conditum.*

In v. 1. ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, *Adest tempus* scil. τȣ̃ δοξάσμȣ. Etenim sequitur illud: δοξασόν τὸν ὑιὸν. *Jetzt ist die Zeit da, so verherrliche mich,* quia tempus adest. De Christi δοξασμῳ jam alibi est dictum, ut & de illo: *filius Patrem* εδοξασε.

In v. 2. ἐξȣσία πάσης σαρκὸς. *Dominium in homines omnes*: dedisti illi dominium in homines omnes, ut in multis aliis locis: Fecisti eum κεφαλην. Igitur & hic in re nota versamur. — Nunc de nexu v. 1. & 2. per καθὼς videamus, quod est *Siquidem, Quandoquidem.* Cohæret sic: *Verherrliche deinen Sohn,*

Sohn, wie du ihm denn die Herrschaft über alle Menschen übergeben. Posterior propositio est caussa prioris: δόξασόν filium tuum, siquidem, quia illi dedisti dominium in omnes homines. Nonne igitur hic quoque planum fit, δοξασμον Christi inesse in eo, quod habeat Dominium in omnes homines? Jam illius dominii natura describitur verbis his: ἵνα πᾶν δέδωκας αὐτῷ, Pater dedit Christo omnes homines. De hoc Cap. VI., 37. dictum est. Erat autem sensus: Pater per doctrinam adduxit homines ad Christum, in Christi cœtum, *nun stehen sie unter diesem Herrn, nun sind sie in seinem Reiche.* His igitur filius æternam largiri vult & debet felicitatem. Igitur consilium & scopus dominii Christi in omnes homines est ille, ut per ipsum ducantur ad æternam felicitatem. Igitur si tu preceris aut profitearis: Credo in Jesum, dominum meum; profiteberis hoc: credo in eum, qui mihi æternam largiri vult vitam, quia in ejus regnum sum adductus. *Von meinem Herrn habe ich das zu erwarten:* huc tendit omnis oratio.

In v. 3 *Hæc vero est vita æterna*, i. e. uti omnes explicant, hæc est caussa, hoc est medium felicitatis æternæ, ut te solum verum Deum, tuumque legatum Jesum Christum, cognoscant: Solum verum Deum. — Hæc dum audimus, duabus ideis illustrare poterimus: una, hunc Deum non esse idolis annumerandum, altera, hunc Deum esse unum fontem omnis duraturæ felicitatis. Hic si placet, videamus 1 Jo. V., 20. *Scimus*, inquit, *filium Dei venisse, & nobis impertiisse hanc intelligentiam, ut verum cognosceremus*, veri Dei notitiam haberemus: In v. ultimo officium christianorum inde derivat: *Carissimi, cavete vobis ab idolis, fugite religionem paganam, idololatriam, cum verum*

Deum

Deum agnoscitis. In v. 20. ubi illud repetitur, additur: ἡ ζωη αἰωνιος. — Igitur cum illis verbis; „unus verus Deus“ hæc duo, religione præeunte, sunt conjungenda: Novi, eum non esse idolis annumerandum; Novi fontem duraturæ meæ felicitatis. Jam hunc unum verum Deum docuit Jesus homines. De *priori* res per se apparebit: inter Judæos enim versans, jam habebat auditores, qui unum esse Deum crediderunt; tamen per Jesum est effectum, ut per Apostolos deinde unius veri Dei notitia, fracta idololatria, perferretur. — *Alterum*, hunc unum verum Deum esse fontem felicitatis æternæ, quoties hoc dixi ipse? Videamus nunc conjunctim: *Sum*, inquit, *dominus omnium hominum. Caussa est, finis est, ut per me fruantur felicitate æterna. Hujus felicitatis caussa est cognitio unius veri Dei;* hoc sensu est per Christum propagata per orbem terrarum. Fuit igitur hoc sensu caussa æternæ felicitatis. Adjungit illud: *ut etiam cognoscant legatum divinum tuum Jesum Christum, per quem tu monstrasti viam ad illam felicitatem æternam.* Tum vero etiam in mente est caussa „*vitam depono pro salute hominum*“; id est ex aliis locis clarum. — Reliqua, quæ de hoc loco quæruntur: annon Christus se segreget & secludat a vero Deo, & quasi dicat, se non esse verum Deum, quia Pater unus sit verus Deus? hæc igitur conveniunt cum iis, quæ Cap. XIV., 28. dicta sunt. Nam relatio inter Deum Patrem & Filium digito monstratur. Legatum tuum — sic se vult spectari Christus. Nihil de essentia, & attributis dicit, relatione hac, qua supra: ut per me promoveretur cognitio & fides in unum Deum, *der, der der einige wahre Gott ist, und der einige Quell der Glückseligkeit. Dies hast du wollen durch mich bewirken* — Non opus est, ut moneam: „*Nosse*

Deum

Deum & legatum ejus" esse semper: Colere Deum & legatum. Hoc a puero inde discimus.

In v. 4. perspicuum est illud: *Opus illud absolvi, quod faciendum mihi demandaveras.* Id est opus docendi, quo functus sum; *der andere Auftrag:* „für die Menschen zu sterben", *wird in wenigen Stunden auch erfolgen.* Si hoc est planum, prius comma inde intelligi potest: ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς, Feci docendo, ut dignitas tua in terra innotesceret. *Ich habe dich als den wahren Gott, nun drei Jahr den Menschen kennen lernen, auch habe ich dich als den ewigen Quell der Glückseligkeit ihnen kennen lernen. Ich habe immer gesagt: ich bringe die Lehre von Gott. — (Ich weis und glaube, daß er die Menschen durch seinen Tod rette, das gereicht auch zur Ehre Gottes: jetzt ist aber die Sache schon vorgegangen.)*

In v. 5. erit per partes eundem. Propositio 1) est hæc: Fui apud te. 2) fui apud te ante mundum conditum. 3) Habui apud te gloriam. 4) Da mihi gloriam, quam apud te habui. — Illud addo nunc: Habui gloriam: da mihi gloriam, quam habui, ad meum sensum est: redde mihi gloriam, quam habui, redde, restitue mihi eam.

Hæc igitur ipsa, quæ in v. 1. dixerat: δόξασόν σου τὸν υἱὸν, nunc in v. 5. his verbis repetit: Cum functus sim munere meo docendi, nunc δόξασόν με, σὺ πάτερ, παρὰ σεαυτῷ, τῇ δόξῃ &c. In loco hoc esse propositiones seorsim spectantes, indicavimus. De singulis, quæ aut jam dicta sunt, aut adhuc dicenda sunt, monebimus. Inest igitur hoc: *Filium fuisse apud Patrem:* de quo tamen ad Cap. I., 1. jam dictum est: λόγος ἦν apud Deum. Erant autem in illis: „*filius apud Patrem fuit*" hæc: Fuit summæ dignitatis, fuit summæ felicitatis, non fuit, ut in ter-

ris

ris his, humilis apud Patrem: tum demum humiliori conditione venit in has terras.

Alterum est: *Fuisse filium ante conditum mundum apud Patrem.* Id quoque in eodem loco est descriptum, ubi initio rerum omnium fuisse dicebatur; unde fluebat, eum ante omnes res conditas fuisse.

Tertium est: Filium habuisse apud Patrem suum *δοξαν*; in quo verbo idem illud quod in כָּבוֹד, cogitandum erit, ut adeo divinam illam majestatem & celsitudinem indicet, qua dicimus כְּבוֹד יְהֹוָה. In Cap. 1., 14. fuit occasio monendi, sic intelligi *δοξαν*, si dicatur de Christo. Ergo nec hæc repeto pluribus.

Restat quartum: *Da mihi gloriam, quam apud te habui ante mundum conditum;* da mihi illud, quod habui, i. e. Redde mihi illud, quod jam habui alio tempore. — Sed nunc quid accipit Christus? Nunc *δοξαν*, ita ut innotescat, eum esse dominum omnium, quod supra dictum est. Hæc igitur redditur illi, tanta dignitas & celsitudo. Hanc igitur similem habuit olim, ut jam esset ante mundum conditum is, qui omnibus hominibus superior, nunc humilior vixit. Nunc illi redditur *δοξα*, nunc fit ille dominus omnium, qualis fuit ante mundum conditum. Quare hunc locum hac paraphrasi relegemus:

„Fac, Pater, ut nunc innotescat ubique summum illud meum dominium, & restitue mihi sic „celsitudinem illam, quam jam ante mundum conditum habui, & ad tempus deposui, quamdiu hic „humiliter vixi."

Denique de ratione, qua Sociniani hæc verba intelligunt, monui ad Cap. VIII., 18. ibi etiam contradixi: Nempe cum hic dicatur Christus habuisse *δοξαν* ante mundum conditum, id referunt huc: Habuit

buit divina destinatione, sed hoc nunc addi pro arbitrio: „*habuit divina destinatione*" admonitum est supra. Nec possunt illi aliter statuere, quia negant, Jesum fuisse ante mundum conditum. Igitur Jesus nil diceret de se, quam quod quilibet de se dicere potest homo: Fac ut nunc sim, quem tu me destinasti. Id quilibet ita precari potest.

Jam incipit pro discipulis suis duodecim nominatim precari usque ad v. 20. Eum versum inspiciamus: *Non tantum pro his precor, de quibus ante dixi, sed & pro his, qui per eorum doctrinam ad religionem christianam adducentur.* Hic transit ad reliquos Christi sectatores. Ergo hic locus a v. 6. usque ad v. 20. necessario est de Apostolis.

v. 6.) *Tradidi doctrinam de te hominibus, quos tu mihi e cetero grege contemtorum meorum attribueras: erant quidem tui, sed mihi eos attribuisti, atque etiam in doctrina tua hucusque perstiterunt.*

v. 7.) *Nunc satis intelligunt, omnia, quæ mihi demandaveras, a te mihi demandata fuisse;*

v. 8.) *quia doctrinam, a te mihi demandatam, iis tradidi. Ipsi vero eam exceperunt & cum persuasione intellexerunt, me a te venisse, & credunt, me a te esse missum.* —

Igitur in v. 6. ἀνθρώποι, ὓς δέδωκάς μοι ἐκ τȣ̃ κόσμȣ, sunt Apostoli; quia de his est sermo. *Hos igitur Deus Christo dedit*, sive, voluit, ut essent Christi discipuli & ministri in futuro munere administrando. Sic dedit Deus eos Christo: discipulos, ministros mihi attulisti: dedisti mihi ἐκ τȣ κοσμȣ. Exemtos e grege contemtorum meorum, sive Judæorum, qui me spreverunt. Ex hoc grege selegisti hos, & mihi attribuisti discipulos, & futuros ministros. Ceterum poterit repeti Cap. XV., 19. *Selegi vos mihi*

ἐκ τῦ κόσμου, ut mihi discipuli, & olim ministri sitis.

Res est eadem in universum. His igitur hominibus τὸ ὄνομά σου ἐφανέρωσα. Verteram: *Tradidi iis doctrinam de te.* Nam in v. 14. his ipsis verbis repetitur hoc: *δέδωκα αὐτοῖς τὸν λόγον σου, doctrinam tuam de te tradidi hominibus illis.* Non dico, *ὄνομα*, significare Doctrinam; sed dico, nos non posse nomen alicujus alteri dare, nos non posse aliter intelligere, quam Tradere doctrinam. Statim adsuevimus ideæ huic in verbo *ὄνομα.*

Deinde: *σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτὺς δέδωκας: Tui erant, sed mihi eos attribuisti;* Tui erant, a te dependebant, quippe creaturæ tuæ. Sic enim omnes homines sunt homines Dei: *sie sind dein, O Gott! alle Menschen, alle Geschöpfe,* pendent a te. Igitur, quia erant tui, poteras eos mihi discipulos attribuere, & non poteras: poteras eos mihi huic Apostolico muneri destinare, sed etiam non poteras: poteras eos destinare alicui opificio seu alii negotio; sed voluisti eos destinare huic vitæ generi, ut essent mei comites per triennium, mei discipuli, & mei ministri per totum terrarum orbem. *Du konntest ihre Schicksale und ihr Leben einrichten, wie du wolltest;* sed mihi eos tradisti. — Jam: *τὸν λόγον σου τετηρήκασι:* Præcesserat, *docui eos doctrinam de te:* Sequitur: *& hanc doctrinam fideliter tenuerunt,* nondum abjecerunt eam fidem, me esse legatum divinum: sæpe dixerunt, me a te esse missum.

Hoc in v. 7. illustratur: *Nunc cognoverunt omnia: quæ mihi dedisti, a te esse,* omnia tua mandata mihi injuncta, ut docerem in terris, ut docerem hæc potissimum, quæ docui, ut miraculis comprobarem legationem meam. Hanc cognoverunt, a te esse, *daß sie wirklich göttlichen Ursprung sey,*

daß

daß der Auftrag von dir, wirklich dein Auftrag sey. Statim hæc aliis verbis dicentur.

In v. 8. *cognoverunt vere, cum animi persuasione, me a te venisse,* credunt, me tuum esse legatum, *daß der Auftrag an mir wirklich ein Auftrag von dir sey.* — Reliqua in v. 8. non opus est ut tangam.

Τὰ ῥήματα, doctrinam tuam iis tradidi.

v. 9.) *Ego pro illis precor, non pro contemtoribus illis meis precor, sed pro his, quos tu mihi attribuisti, quia tui erant.*

v. 10.) *Quanquam omnia mea tua sunt & tua mea: præterea per illos innotescit mea dignitas.*

v. 11.) *Rursus non versor amplius in terris, sed illi versantur in terra; ego vero ad te revertor. Pater venerande, conserva eos in hac doctrina tua, quos mihi attribuisti, ut sint unum, quemadmodum nos unum sumus.*

v. 12.) *Quamdiu versabar cum iis in terris, ego illos conservavi in hac doctrina; quos tu mihi attribuisti, custodivi, nec quisquam periit, nisi miserrimus iste homo, ut vaticinia eventum haberent.*

v. 13.) *Sed ad te nunc revertor, & te prosequor in his terris, ut de me possint summa lætitia affici.*

In v. 9. *Ego pro illis precor, non precor pro mundo.* Hoc non ita dicitur, quasi nollet precari pro κοσμῳ; nam precatus est etiam pro reliquo κοσμῳ; sed nexus verborum videtur mihi esse hic: ego precor pro illis, i. e. veris Dei cultoribus, qui tuam doctrinam tenent, ου περὶ του κόσμου ἐρωτῶ, *ich bitte ja hier nicht für Leute, die deine Verächter und meine Feinde sind* — *Eine Determination der*

Apo-

Apostel ist es. — Ego precor pro illis, qui te venerantur, non pro illis, qui te spernunt. Sic igitur Deum movere vult, ut tanto magis faveat illis: *ich bitte ja für gute Leute*, audi igitur has preces. — Sed pro his precor, quos tu mihi attribuisti: cura eos, quos mihi attribuisti: Attribuisti, quia tui erant.

In v. 10. hoc quodammodo corrigit: Και, i. e. *Quanquam omnia mea tua sunt, & omnia tua mea sunt*, vel, quamquam tuus cultor meus cultor est, meus discipulus tuus discipulus est, minister tuus est meus, & meus rursus est tuus. — *In dieser Bestimmung nehme ich auch meinen Gedanken an.* — Ceterum supra Cap. XVI., 15. verba hæc occurrebant, sed alio sensu: *tua doctrina est eadem mea doctrina.* — *Jeden allgemeinen Ausdruck muß man also in der Stelle durch den Zusammenhang bestimmen* Jam alia caussa, cur pro illis precetur: Και, i. e. *Porro, Præterea* — *daß man merkt, es kommt eine andere Ursache: per eos innotuit mea δοξα.* Nondum innotuit, nondum enim functi sunt munere per terrarum orbem. Quare Præteritum mutandum erit in Præsens: Per eos innotescere solet meum dominium in orbem terrarum: etsi velim dicere, futurum tempus esse cogitandum. — Alia caussa pro his precandi: v. 11. Και, *Rursus non versor amplius in terris, illi vero versantur in terris; igitur cura eos & fove.* — Tandem quid precatur pro illis? τήρησον αὐτὲς ἐν τῷ ὀνόματί σε, *Conserva eos in hac doctrina tua.* — Licetne v. 9. cum ceteris relegere, ut notemus apud animum caussas plures precandi pro illis?

„Ego precor pro illis, non precor pro hominibus, qui sunt e numero contemtorum meorum, *es sind ja deine Verehrer*, Precor pro his, quos tu mihi discipulos & ministros attribuisti. Igitur tuearis

„eos,

„eos, cura & fove. Per illos mea δόξα ubique in„notescit, & innotescet, adsis eis auxilio tuo. Ego „nunc non amplius adsum; adsis igitur auxiliis tuis."

In v. 11. sub finem: *Conserva eos in doctrina tua, quos mihi attribuisti.* Hic est de varia lectione necessario monendum. Fortasse est in omnium libris: ὃς δέδωκάς μοι. Sed pro illo: „ὃς" erit ᾧ, casu Dativo. Ea, quæ est sine dubio verior lectio, sed est obscura. Igitur quid sibi vult? Primum revocemus in animum regulam ex elementis græcæ linguæ: relativi pronominis casus etiam refertur ad superius substantivum: In nomine, cui mihi dedisti, pro: quod mihi dedisti. Inspiciamus v. 5. δόξασόν με σὺ πάτερ παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον &c. *gloria, quæ habui*, quam habui. Ibi igitur est illud: serva eos in doctrina tua, quam mihi demandasti. Hæc igitur ab initio obscurior lectio, quæ nunc nec latine poterat verti, mutata est. Res ipsa non fit diversa. —

Veniamus eo: ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς. Apostoli sunt unum: ἡμεῖς, Pater & Filius etiam sunt unum. Hic invicem comparantur; sed ante omnia v. 21. inspiciamus: Precatur, ut omnes Apostoli, discipuli sint unum, *uti tu Pater in me & ego in te. Also haben wir hier zwey Gedanken: die Apostel sind, oder, die Gläubigen sind eins, wie der Vater im Sohn, und der Sohn im Vater ist.* Jam justo sæpius propemodum admonui, hujusmodi loquendi genera universalia esse in singulis locis definienda. Sed hoc est universale: duodecim homines sunt unum, omnes homines sunt unum. *Das kann vielerley heissen:* habent omnes eandem doctrinam, vel, amant se invicem, vel, concordiam & pacem mutuam alunt. *Der Grundbegrif ist:* sunt conjunctissimi & copulatissimi. Nunc igitur *discipuli duodecim sunt unum*, sive, *conjuncti, copulati*

sunt, quia tenent omnes unum eandemque doctrinam, & consensu magno eandem hanc doctrinam omnes ubique propagant Er bittet, dass sie nicht vielerley Secten und Uneinigkeit in der Lehre auf der Welt stiften sollen, ut omnes consentiant in illa doctrina. — De christianis, qui & ipsi sunt unum, infra. Cur vero refero huc: ut in doctrina consentiant omnes? Quia hic de illis ut futuris discipulis & ministris precatur, quibus erat opus illud ἓν, ut omnes eandem traderent doctrinam de Jesu.

Jam illud: *ut & nos sumus unum*, i. e. *ut & nos, Pater & Filius, eandem doctrinam habemus & tenemus. Die Lehre des Vaters ist meine Lehre, und meine Lehre ist des Vaters Lehre. Wie ich habe schlechterdings deine Lehre vorgetragen, und mit dir eins gewesen; so lass auch diese eins seyn.* Hoc in Cap. XIV., 10. jam legimus, ubi se in Patre & Patrem in se esse dicebat, cum hac explicatione: *Ego tuam doctrinam, non aliam tradidi: plane sic tecum unum fui.* Si quis intelligere vellet: *wie Beide einerley Wesen und Eigenschaften haben*, id non esset idoneum ad rem. Sed hoc: „*sumus* ἕν“ in Cap. X., 30. etiam de potentiæ similitudine erat.

In v. 12. Antecesserant verba illa: *conserva Apostolos in doctrina tua, ut sint in ea conjunctissimi*, omnes unam eandemque teneant doctrinam. Nunc sequitur: *Quamdiu cum iis versabar in terris, ego eos in hac doctrina conservare studui; quos mihi attribueras discipulos & ministros, hos custodivi, nec ullus eorum periit, nisi miserrimus ille, ut prædictæ res eventum hoc modo haberent.*

In v. 13. *Sed nunc ad te redeo, revertor, non intersum porro his Apostolis & hæc clara voce precor, dum adhuc sum in his terris, ut eos*

repleam

repleam summo gaudio, si audiverint, me pro illis talia precari, memores sint harum precum cum multa animi lætitia.

De reliquis monenda erunt hæc: Neminem nisi unum ex illis periisse, qui dicitur miserrimus homo. Intelligi Judam, quis non videt ipse? — Filium perniciei significare hominem miserrimum, usu hebræi sermonis est tralatitium.

In eo: „*periit unus*" intelligendum erit: Ille deseruit meam doctrinam, non persuasit sibi, me legatum divinum ad eum venisse. Igitur ad tantum facinus est prolapsus. — Deinde: ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ: hoc non refero ad vaticinia de Juda proditore, quasi diceret, evenisse, ut vaticinia de Juda proditore implerentur; sed refero ad vaticinia de Christi omnis generis miseriis, passione & morte. Judas Christum deseruit, religionem ejus reliquit, & prodidit, ut eventum haberent, quæ de miseriis Messiæ, passione & morte ejus erant prædicta. Hic fuit rerum nexus. Et in hoc nexu rerum etiam erat: aliquis discipulus eum prodet. Evolvamus autem Matth. XXVI., 24. *Messias abit ex hac terra, morietur, uti de illo scriptum exstat; sed væ homini illi, per quem Messias traditur in manus hostium.* — Id eodem redit: Traditur a Juda, væ illi! — Nexus est cum his: unus discipulus eum prodet. — Aut si utique vaticinia de Juda proditore sint quærenda, poterit locus ex Act. I., 20. examinari, ubi de munere Judæ sublato & ad alium translato res repetitur e loco V. T. — Possem etiam hujus nostri Evangelii Caput XIII., 18. commemorare, ubi e Psalmo proferebatur: *der mein Brod isset, der tritt mich mit Füssen;* sed ibi jam significavi, hoc magis accommodando de Juda dici, quam ut sit vaticinium strictissimo sensu. — v. 13. *Precor hæc voce clara, ut habeant gau-*

dium

dium meum abundantissimum in se: — gaudium meum, i. e. de me, de meo amore erga eos. Jam vero: habeo gaudium de aliquo abundans in me, nonne est: de aliquo summopere lætor? Et hæc erit latina versio.

Denique de illo: *Tradere alicui ὄνομα τῦ Θεῦ, servare ὄνομα τῦ Θεῦ*, privato studio ex Apoc. II. 13. comparari poterit, ubi eodem modo homo dicitur κρατεῖναι τὸ ὄνομα τῦ Θεῦ, quia perstat in religione christiana.

v. 14.) *Ego iis doctrinam tuam tradidi; καὶ ὁ κόσμος, proinde contemtores mei & tui oderunt illos Apostolos, quia non sunt ex numero contemtorum tuorum & meorum, ut nec ego sum e numero contemtorum tuorum*, ut & ego maximi facio te & doctrinam tuam & summo studio eam tradidi.

Sed illud: *Christum non esse e mundo*, multis studui illustrare ad Cap. VIII, 13. Nec ego sum e contemtoribus Dei, religionis & doctrinæ, maximi potius facio.

v. 15.) *ὐκ ἐρωτῶ, non precor, ut eos tollas ex his terris, sed ut eos pressos miseriis tueri velis auxilio tuo.*

v. 16.) *Non sunt e numero contemtorum Dei, ut nec ego ex eo numero sum:* premuntur certo, rogo ut eos tuearis cum premuntur.

In v. 15. *nec precor, ut eos auferas ex his terris*, i. e. ut eos omnibus miseriis moriendo liberes. Nondum erat Apostolis tempus moriendi, munere fungi debebant per multos annos. *Sed precor, ut eos serves ex malo.* Τὸ πονηρὸν interpretor hic Calamitates, quibus quis affligitur. Ita vero in 2 Tim. IV, 18. homo dicitur liberari ἐκ τῦ πονηρῦ, e miseriis, quibus premitur. Addi potest Matth. V, 39.

Ergo

Ergo hujus verbi usus est certus. — Phrasis ipsa: „*Servo aliquem ex miseriis*“ est aliter exprimenda: Tueor eum, ereptum ex miseriis. Plane sic in Apoc. III., 10. hæc verba dicuntur. Igitur summa hujus versus illa est: Nolo ut moriantur mox, & sic omnibus miseriis liberentur; cupio, ut ne succumbant miseriis per tuam tutelam. — Ceterum *το πονηρον* hic non esse malum morale sive vitiositatem, sed malum physicum, puto nunc e serie orationis apparere; *ὁ κοσμος* habet eos odio, Deus vero tuebitur eos ex eo odio & miseriis inde ortis & enatis.

Sequitur v. 17. 18. 19., quos versus vertam, ubi explicavi. Igitur *ἁγίασον ἀυτὰς*. Deus *ἁγιαζει* hominem, qui minister Dei est & legatus: hunc igitur *ἁγιαζει*, cum eum consecrat suo ministerio, ut ille homo inde sit sanctus Dei vir, consecratus Deo vir, *Gott geweihet*, propter munus suum. Sic jam supra Cap. XI., 35. pater dicebatur Christum *ἁγιάσαι*, consecrasse eum suo ministerio, destinasse suo ministerio in terris faciendo. Id flagitat series orationis. Rursus quem fugit, prophetas æque ac Apostolos dici *τὰς ἁγιὰς τὰ Θεὰ ἀνθρωπὰς*, *die heiligen Menschen Gottes* 2 Petri I., 21? Nemo dubitat, hos esse viros Deo sacros propter munus. Eodem sensu nunc Deus *ἁγιάζει τὰς μαθητας χριςὰ*, consecrat eos muneri, ministerio, quod illi præsteut. *Jesus spricht: weihe sie ganz deinem Dienste.* Hæc idea plane exhaurit sensum. Εν *ἀληθεία σὰ*, in veritate tua, in tradenda veritate. *Weihe sie ganz deinem Dienste in Ausbreitung der Wahrheit*, ut per omnem vitam nihil tradant, nisi *αληθειαν*: *αληθεια* est doctrina tua. *In dieser deiner Lehre, in Ausbreitung derselben weihe sie ganz deinem Dienste, daß sie nie etwas anders treiben.* Jam hic versus a nobis omnibus plerumque recitatus intelligitur per se; sed sensus,

quem

quem verbis tribuimus, est verissimus sensus. Nos omnes Deus sanctos reddit per doctrinam suam; sed hic de Apostolis & munere eorum sermo erat. Non potest hoc negari, si inspiciamus v. 18. *Uti ille me misit in mundum, sic & ego eos misi in mundum.* — Illi igitur dicuntur ἁγιάζεσθαι, ut homines, ministerium Deo præstantes: *als göttliche Gesandten werden sie von Gott geweihet, seinem Dienste beständig bestimmt.*

In v. 19. ἁγιάζω ἐμαυτὸν ὑπὲρ αὐτῶν manet illa versio: Consecro me. Cui? Tibi, Pater. Sed quæ res subest huic „*Consecro me Deo*“ in Christi persona? Illud: pro illis mori; quia victima, quæ mactatur, ἁγιάζεται τῷ Θεῷ. Christus etiam ut victima ἁγιάζεται τῷ Θεῷ, consecratur Deo. Id ad mortem ejus refertur. — Jam autem in omni vita Christi superest (*der Chronologie nach*) nihil, quam ut moriatur & circiter 24 horis post. Igitur Consecro me tibi, dum morior, idque pro illis discipulis meis. S. dixisset in præterito: ἡγίασα ἐμαυτον, tibi me consecravi, tum posset referri ad omnem vitam Christi; sed ille dicit in præsenti tempore; ego me tibi pro illis consecro. Non potest aliud, quam mors ejus intelligi. — Reliqua sunt plana; ἵνα καὶ αὐτοὶ ὦσιν ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ.

Was haben wir also für Sätze gelesen? Ego me consecro Deo: igitur debent etiam Apostoli se consecrare Deo. *Das ist die Kraft des Schlusses.* Aliter Christus nunc se consecrat Deo moriendo, aliter illi consecrati erant Deo munere suo. *Genug, sie sollen an meinem Beispiele lernen, wie ich mich Gott weihe, so sollen sie sich auch Gott weihen: sie sollen auch ihr Leben hingeben, wie es auch mit der Zeit geschehen ist,* consecrare illi se debent in tradenda illa doctrina. Præter hæc Apo-

stoli

stoli sæpe de hoc dixerunt, præsertim Paulus: *Christus pro me mortuus est, ergo & ego debeo mori: Christus pro ecclesia obiit, ergo & ego debeo mori. Sein Beispiel ermuntert sie, daß sie sich auch ganz Gott hingeben wollen: Gesundheit, Leben, Ehre, kurz Alles.* Jam vertamus:

v. 17.) *Fac Deus, ut sint sacrati tibi viri in tractanda veritate: tua vero doctrina est illa veritas quam tractarunt.*

v. 18.) *Uti tu me in has terras misisti, sic & ego eos per terrarum orbem dimitto. Ich bestimme sie zu meinen Gesandten: du, o Gott, mache, daß sie immer deinem Dienste geweihet sind.*

v. 19.) *Ego pro iis etiam tibi me consecro,* meam vitam abjicio, *ut & ipsi in tractanda veritate sint, quanti sint, fac ut sacrati sint viri.*

v. 20.) *Sed non modo pro his discipulis & ministris preces facio, verum etiam pro iis, qui me suscipient fide per institutionem Apostolorum.* — Hoc igitur pertinet ad nos omnes. —

v. 21.) *Etiam pro his precor, ut omnes sint conjunctissimi, quemadmodum tu Pater & ego sumus conjunctissimi, ut, inquam, & ipsi sint conjunctissimi invicem & nobiscum; utque intelligant, contemtores mei intelligant, ut credere hoc discant, me fuisse tuum legatum.*

Ut sint conjunctissimi: — est quod dixi: ut omnes & fidem eandem & vitam eandem habeant, consentiant credendo atque agendo. — De illis, „*uti tu mecum conjunctissimus*" est hæc determinatio: uti doctrina tua mea est, & mea tua est. Id exstat supra Cap. XIV., 10. *damit alle Christen eins sind, einerley Glauben, einerley Leben haben, so wie*

wir

wir einerley Lehre haben, und einerley Glauben in der Welt ausbreiten wollen.

Comma sequens: „ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν" est repetitio: *ut, inquam, & ipsi in nobis unum sint. Es liegen zwey Sätze darinnen; der eine:* ut & ipsi unum sint; *der zweyte:* ut in nobis sint. *Also:* ipsi sunt unum invicem, ipsi sunt in nobis. *Das haben wir schon gehabt: die Christen sind in Gott, und Gott in ihnen. Also beide Sätze:* ut & ipsi conjunctissimi invicem, ut & nobiscum sint conjunctissimi. *Er betet, dass wir nicht allein unter einander sollen einerley Glauben und Leben haben, sondern auch mit Gott verbunden bleiben.* Ex hoc persuadebatur *κοσμος*, Jesum esse legatum divinum. Jam per tot secula homines intellexerunt, Jesum fuisse legatum divinum. *Also dies liegt darinnen:* Deus per hunc Jesum, legatum suum, inchoavit suum opus & usque ad hunc diem propagavit. Ergo ex illa fide, ex illa propagatione intelligitur, *gewiss ist Jesus kein Betrüger, sondern ein Gesandter Gottes gewesen, denn das Werk geht noch unverrückt fort: schon 1800 Jahr hat es seinen Fortgang gehabt.*

In v. 22 — 24. quædam repetuntur e superioribus, quædam adduntur. Nunc potero definire:

v. 22.) *Ego dedi illis δόξαν, quam tu mihi dedisti.*

Dedi illis *δοξαν*, summam excelsamque felicitatem. Intelligo, si rem spectem, perpetuam in cœlis felicitatem, quæ est summa & excelsa nostra felicitas. Hanc Christus dedit & Apostolis & nobis, quia nobis eam destinavit & paravit. *Ich habe ihnen eine erhabene Glückseligkeit gegeben. δόξαν, ἣν δέδωκάς μοι.* — *δοξαν* Jesu Christi descripsi sæpe. Hoc igitur dominium Christi spectemus nunc ut summam & excel-

excelsam felicitatem. *Also ist hier verhältnissmässige Gleichheit in dem ganzen Ausdrucke. Quam tu mihi excelsam dedisti felicitatem, hanc destinavi omnibus meis sectatoribus. Die Herrschaft über Alles, die Jesu gegeben, erhalten wir gewiss nicht in jenem Leben: also bleibt es verhältnissmässige Gleichheit.* — Apostoli sæpe dicunt: *Christus regnat, nos cum illo regnabimus, gewiss werden wir nicht mit ihm herrschen;* sed uti Jesus ad excelsam felicitatem est evectus, sic nos ad excelsam quoque evehemur felicitatem, quilibet pro natura sua. Jesus δεδοξάσται, nos συνδοξασθησομεθα, *wir werden mit ihm verherrlichet werden.* Hic est stylus scripturæ, qui etiam in Apocalypsi sæpissime elucet. Igitur quæcunque talia dicuntur, exprimunt talem similitudinem. *Endlich steht auch immer dabey: Sterben wir, so werden wir mit ihm leben: Dulden wir mit, so werden wir mit ihm herrschen:* post miserias felicitas: plane uti Christo contigit post miserias, passiones & mortem felicitas, sic & nobis post miserias continget felicitas. — Dicit ergo his, qui suam sectantur doctrinam, se felicitatem talem destinare & parare iis, qualis ipsi sit a patre suo tributa, sive, se hos participes velle olim suæ felicitatis. Hæc verba huc esse referenda *„talem iis tribui felicitatem, qualem sibi Deus tribuerit";* elucet e v. 24. ubi dicit: *Pater, quos tu mihi dedisti,* ad meam religionem adduxisti, *flagito, ut sint illi mecum, ubi ego sum,* ut fruantur mecum eadem felicitate in altera vita. Ex his superiora verba sunt explicanda. — Reliqua in v. 22. sunt sæpe dicta. Tantum nectamus ea in seriem unam: ut illi sint invicem conjuncti doctrina eadem; destinavi & paravi iis felicitatem, ut sint, ubi ego sum: destinatio futuræ felicitatis impellet eos ad doctrinam eandem, in qua est

via

via ad felicitatem: ut sint conjuncti, quemadmodum nos ambo sumus conjuncti. Pergamus ita:

v. 23.) *Ut ego maneam cum iis conjunctus, si meam tenuerint semper doctrinam*, ut ego possim conjunctus esse cum iis: *Deinde & tu mecum*, vel potius, *uti tu mecum conjunctus es.*

Nunc repetit hoc: *ut, inquam, sint omnes unius fidei & religionis.* Repetit sic: ἱνα ὡσι τετελειωμένοι εἰς ἕν. Ειναι εις ἑν, in unum esse, nil aliud est quam: in unam rem. Caussa est in ebræo sermone, ubi v. c. homo dicitur: in populum esse, i. e. populum esse: in liberos Dei esse, i. e. liberos Dei esse: Esse in unum, i. e. esse unum, uti 1 Joh. V., 7. 8. permutantur hæc invicem. Jam: ut sint unum perfecti, planius & latinius, ut sit inter eos perfecta unitas fidei & religionis, ut ne unus eorum deserat meam doctrinam.

Porro: — sed hæc jam dicta sunt alibi, — *ut intelligant ex hac unitate cœtus christiani, ut intelligant homines, me legatum tuum fuisse.* (Hæc sunt v. 21, dicta) *& te amare illos, uti me amas*, ut & hoc intelligant homines, te amare tuos sectatores, cum tantis beneficiis eos ornes.

v. 24) *Flagito, ut sint mecum, ut videant dignitatem eam meam, quam tu mihi tribuisti, quia me ante mundum conditum jam amore complexus es.*

Hæc de futura vita: ibi videbimus summam Christi dignitatem, experiundo cognoscemus, eum esse dominum, uti in v. 2. dicit, in eo, ut omnibus nobis largiatur felicitatem. Ergo cum illa fruemur, tum experiundo cognoscemus, Jesum esse dominum nostrum illum, per quem δοξα αιωνος nobis contigit.

v. 25.) *Pater juste, contemtores mei & tui te non agnoscunt, neque colunt; ego vero te*

agnosco

agnosco & colo, atque etiam hi, pro quibus precor, agnoscunt, me legatum tuum esse: agnoscunt & colunt me, accipiunt me ut legatum divinum.

Unum superest: πάτερ δίκαιε, καὶ ὁ κόσμος σε ὐκ ἔγνω: *& homines te non intelligunt: — & homines: —* Illud igitur καὶ, præeuntibus versionibus, & libris quibusdam scriptis, tollendum est; plane non potest intelligi, plane redundat.

v. 26.) *Uti igitur iis doctrinam tuam tradidi, ita & porro tradam,* ulterius illam doctrinam intelligent.

Cetera ad verba: *ut amor, quo me amasti, in illis sit, & ego in illis. Amor tuus, quo me amasti:* hoc non est obscurum. Amor Dei erga Christum: hic est etiam in nobis: puto sensum esse hunc: uti Deus amat filium suum, sic & nos amamus illum filium Dei. Sic amor Dei erga filium in nobis est. *Also ist kurz der Gedanke:* ut me ament, uti tu me amas; & ego cum illis conjunctus maneam.

CAPUT XVIII.

Sequitur ipsa narratio de passione Christi.

v. 1. *Hæc locutus Jesus, cum discipulis suis transiit fluvium Kidron, ubi hortus erat, in quem Jesus cum discipulis suis intravit:*

v. 2.) *Quem quidem locum etiam Judas, proditor Christi, norat, quia Jesus sæpe cum discipulis suis ibi convenire solebat.*

In v. 1. vitium est in omnibus editionibus, si unam vel alteram exceperim: πέραν τῦ χειμάῤῥυ τῶν Κεδρων:

Κεδρων: hoc significat: trans fluvium Cedronum; sed non fuerunt ibi Cedrones; & est nomen proprium fluvii Kidron. Cum igitur librarii non intellexerunt illud Κεδρων, Cedron, Kidron, fecerunt inde fluvium τῶν Κεδρων, Cedronum. Itaque, ut in codicibus aliis est & poni debet, τȣ̃ Κεδρων, trans fluvium Cedron.

v. 3.) *Judas igitur, sumta militum cohorte, ministrisque magistratuum publicis, venit eo cum laternis, luminibus & armis.*

De illo: λαβὼν τὴν σπεῖραν: intelligenda est militum Romanorum cohors; nam in urbe Hierosolymitana fuit præsidium militum Romanorum. Hujus igitur præsidii partem, cohortem aliquam militum Romanorum, hic secum duxit.

Porro: ὑπηρέται ἐκ τῶν Ἀρχιερέων καὶ Φαρισαίων. Illa verba: „*Pontifices summi & Pharisæi*" sunt periphrasis Synedrii, cujus assessores fuerunt. cf. Marc. XIV., 43. ubi hoc evidentius est. Igitur ministri Pontificum summorum & Pharisæorum sunt manifeste publici magistratuum ministri, Synedrii ministri.

v. 4.) *Jesus igitur, qui nosset omnia ipsi imminentia, egressus hæc interrogavit: quem quæritis?*

v. 5.) *Illi responderunt: Jesum Nazarenum. Tum Jesus: ego sum, inquit. Quo tempore Judas etiam proditor cum ceteris illis adstitit.*

Hoc de Juda adstante fortasse ideo hic addit Joannes, quia Judas tunc osculo signum dederat, quæ esset persona, quam capi vellet; de qua re in tribus Evangelistis ceteris commemoratur.

v. 6.) *Cum igitur dixit Jesus: ego sum; retroierunt & corruerunt.*

Eam rem alii ad miraculum referunt, quo sint homines illi prostrati; alii posse etiam e naturali serie rerum intelligi volunt. Qui alteram defendunt sen-

tentiam

tentiam, sic tradunt, scilicet, cum milites illi & ministri publici hic repente cernerent eum Jesum, quem ante viderant miracula tot patrasse, tanta cum vi docuisse per Palæstinam; tum igitur viri tanto respectu repentino perterriti retrocesserunt, & truserunt se invicem, ut tres aut quatuor humi corruerent. Nec video, cur non posset hoc modo intelligi.

v. 7.) *Rursus igitur interrogavit eos, quem quæritis? Illi vero: Jesum Nazarenum.*

v. 8.) *Jam Jesus: dixi vobis, me esse; si igitur me quæritis, finite hos comites meos abire.*

Igitur necesse est, eos milites manum injecisse discipulis Christi, unum vel alterum corruisse. Aliter dicere non potuisset: *Sinite hos.*

v. 9.) ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος, ὃν εἶπεν. Hoc dictum Christus protulerat paulo ante in Cap. XVII., 12. Sed quid sibi volebant illa verba illo loco: *Quos tu mihi attribuisti discipulos & ministros, horum neminem amisi,* nemo illorum discipulorum deseruit me & meam religionem? Nunc vero est longe aliud; nunc hoc non est: „*nemo eorum deseruit meam religionem*“; sed est: *Nemo est ereptus, ut mea caussa moriretur, in vincula traderetur & abduceretur: Quos tu mihi dedisti, horum neminem passus sum abripi violentia hac.*

Porro illud dictum Christi dicitur h. l. πληρωθαι. Eratne illud dictum vaticinium in superiori capite? Nullo modo; nam dicebat de re præterita: *Ich habe sie bewacht, ich habe keinen zum Abfall kommen lassen: und so sind Alle mir treu geblieben.* Ergo nullo modo πληρωθαι esse potest Eventu comprobari, sed necesse est, ut λογον dicatur πληρωθαι, quia etiam hoc in loco valet illud dictum. Ibi dixerat

rat illud dictum, sed longe alio sensu: Hic etiam dicit hoc, sed rursus alio sensu. *Dort: ich habe sie nicht lassen von meiner Lehre abfallen; Hier: ich verliere sie nicht, daß man sie ins Gefängniß führte.* — Hic est valde memorabilis locus de phrasi hac: λογος πληρωθαι & laxiori significatu.

v. 10.) *Ergo Simon Petrus, qui gladium habebat, strinxit eum, percussit summi Pontificis servum, ejusque aurem dextram resecuit: Nomen vero illius servi erat Malchus.*

v. 11.) *Tum Jesus Petro: abscondas quæso gladium tuum: Poculum, quod mihi Pater exhibuit, nonne bibam?*

Nota est Allegoria: Destinatam mihi miseriam nonne perferam? *Poculum*, quod bibendum porrigitur hominibus, esse imaginem miseriæ, e Ps. CXVI, 13. planum est, ubi Davides: *accipiam, sumam salubre mihi poculum, & tamen laudabo Deum*, i. e. Suscipiam in me miserias mihi salubres, *die mich bessern*, & tamen Deo gratias agam.

v. 12.) *Itaque cohors militum Romanorum una cum tribuno militum, & publicis Judæorum ministris Jesum comprehenderunt & in vincula tradiderunt.*

v. 13.) *Tum abduxerunt eum primo loco ad Annam. Erat enim ille socer Caiphæ, qui Caiphas hujus anni summus Pontifex erat.*

v. 14.) *Erat autem Caiphas hic ille, qui nuper suaserat Judæis, utile esse, ut unus vir pro tota natione moriatur.*

Hoc consilium erat Cap. XI, 50. — Reliqua sunt in se perspicua. Sed aliud est dicendum, loqui unum Joannem de illo Christo ad Annam ducto. Sed post ista verba: *ducunt eum primo loco ad Annam*, inseramus v. 24. hujus capitis, qui plane alieno & absono

absono loco positus est. In illo v. 24. legitur: *Misit Annas Jesum vinctum ad Caipham, Pontificem summum.* Cur autem versus ille hic est inserendus? Quia omnia, quæ sequuntur, gesta sunt in ædibus non Annæ, sed in ædibus Caiphæ, magno cum consensu Matthæi, Marci & Lucæ. Igitur quia hoc non addito, vel, inserto non hoc loco, putare aliquis posset, ea in ædibus Annæ esse facta, ille versus est huc referendus, ut veritas historiæ constet. Sic legitur etiam in posterioris Syriacæ versionis margine, in quadam Cyrilli versione latina, & Beza in sua N. T. versione plane sine dubitatione illum versum h. l. inseruit. Ut autem videamus, versum illum illo loco plane absono & alieno loco esse positum, legamus a v. 22. *Hæc cum Jesus dixisset, unus ministrorum illi alapam inflixit, & siccine, inquit, Pontifici respondeas? Jesus ei respondet: si male dixi, doceas me; si recte dixi, cur me pulsas? Ergo misit eum Annas vinctum ad Caipham, Pontificem summum. Nun wieder: Erat autem Simon Petrus adstans ibi, ut calefieret.* Quomodo in illa serie potest ille versus esse? — De aliis notis hujus difficultatis expediendæ admonebo adhuc quædam, postquam seriem indicaverim. Dicunt igitur alii: ille versus 24. positus est, & quidem infra, sed est intelligendus h. l. post versum hunc. Hoc est plane nihili. Cur non transferas in hunc locum? Vel dicunt alii: hunc locum Joannem veluti oblitum esse. Quid est veluti oblivisci? Infra succurrisse hoc illi, ergo ibi adscripsisse: Deberi igitur verti sic: *miserat Annas* — in plusquamperfecto. *So wenn es einem einfällt; halt, du hast etwas vergessen, willst es gleich in Parenthesi dazu setzen.* Sed hæc parenthesis tunc turbat omnem orationis seriem mirifico modo.

v. 15.) *Sequebatur vero Jesum Simon Petrus, & alius quidam discipulus*, quem dicunt fuisse Joannem: nescio qua de caussa aut quo argumento. — *Ille vero alter discipulus consuetudinem habebat cum Pontifice summo, ideoque statim in aulam Pontificis una cum Christo introibat: Petro interea ad foras stante.*

v. 16.) *Igitur discipulus ille alter, qui cum Pontifice utebatur consuetudine, exiit & locutus est cum ostiaria serva, & Petrum inducit.*

v. 17.) *Ibi serva illa interrogat Petrum: nonne tu quoque es ex illius discipulis? Ille vero negat.*

v. 18.) *Rursus adstabant servi privati & publici, qui prunas congesserant, quia frigus erat, ut calefierent: inter quos Petrus etiam, ut calefieret, adstabat.*

v. 19.) *Pontifex autem summus examinabat Jesum de discipulis & doctrina sua, quod ausus esset habere semper discipulos.*

v. 20.) *Jesus respondet: ego in publico docui, ego semper docui in Synagoga & templo, ubi perpetuo Judæi convenire solent, nec inter privatos parietes docui.*

v. 21.) *Quid me interrogas? Interroga hos, qui me audiverunt, quid docui: hi scient, quæ docueram.*

v. 22.) *Hæc dicente eo inflixit illi aliquis alapam & dixit: siccine tu respondeas Pontifici?*

v. 23.) *Respondet ei Jesus: si male locutus sum, si impudenter respondi, & cum immodestia, edoce me de hac impudentia & injuria; sin vero recte locutus sum*, non contra modestiam, *quid pulsas me?*

Repetitur de Petro:

v. 25.

v. 25.) *Adstabat vero etiam Petrus, ut calefieret. Dixerunt igitur ei: Nonne tu quoque ex illius discipulis eras? Id rursus ille negabat.*

v. 26.) *Dicit unus ministrorum publicorum, cognatus ejus, cui Petrus aurem resecuerat: Nonne ego te vidi in horto cum eo versantem?*

v. 27.) *Rursus Petrus negavit, & tum gallus cecinit.*

v. 28.) *Jesum igitur a Caipha abducunt in prætorium; id quod sub diluculum evenit.*

Prætorium erat palatium in provincia Romana, in quo habitabat Præses provinciæ, in qua erat Pilatus Præses provinciæ. — Sed noluerunt palatium præsidis intrare, ne polluerentur, sed ut possent celebrare epulum paschale.

v. 29.) *Prodiit ergo Pilatus ad eos & dixit: quamnam accusationem profertis contra illum hominem?*

v. 30.) *Respondent ei: si non esset maleficus, non abduxissemus eum ad te*, nisi Synagoga examine cognosset, Jesum esse maleficum, & supplicio capitis dignum, non tradidissemus eum tibi: *denn nur der Präses der Provinz konnte Jemanden am Leben strafen, wenn sie ihn wollten am Leben gestraft haben. So muß der Zusammenhang seyn:* nisi Synagoga cognosset examine. Jesum esse supplicio capitis dignum, non abduxissemus eum ad te, ut tu eum capitis supplicio afficeres. Hæc verba pluribus aliis verbis expresserunt ceteri Evangelistæ, & nunc potest addi e Luc. XXIII., 2. ubi Judæi multa proferunt, quibus Christum accusant, eum esse rebellem, eum prohibere hominibus, tributa solvere Imperatori; & alia. Sunt igitur multa pluri locuti, quam hæc verba. Igitur post plura illa veluti finis accusationis est hic: nisi Synedrium cognovisset, eum

esse maleficum, rebellem, prohibere eum, solvere tributa Imperatori, non tradidissemus eum tibi ad capitis supplicium.

v. 31.) *Pilatus porro dixit: vos igitur eum e vestra lege punite; sed Judaei respondent: non licet nobis aliquem capitis supplicio afficere.*

Hoc non licuit iis, quia in Romana provincia vixerunt: Romani enim devictis provinciis, sibi solis jus vitae & necis reservarunt. Unde hic in illa parte Palaestinae, quae provincia Romana erat, nemo praeter Praesidem Romanorum habuit jus vitae & necis: Vnde dicunt: *non licet nobis aliquem capitis supplicio afficere.* Quare cum antea Pilatus dixisset: *punite eum e vestra lege;* hoc vult: in tantum punite, in quantum vestra lege potest fieri, excepto capitis supplicio. Sed poena hujusmodi, quae adhuc erat Judaeis permissa, erat illa: ut in Synagoga hominem flagellis caederent, Hoc est illud: *e vestra lege punite:* Servatur semper Romanis jus vitae & necis. De hac in Synagoga flagellatione vel e Matth. X., 17. constare poterit. De illo loco, in provinciis Romanos jus vitae & necis habuisse, egerunt & multi & Casaubonus in Exercitationibus Antibaronianis pag. 529. Neque tamen hoc concedunt omnes, sed volunt contra historiae analogiam vindicare Judaeis jus vitae & necis, uti Deilingius in Observationibus sacris; verum omnia argumenta nil videntur contra historiam. — Nunc Joannes judicium suum adfert:

v. 32.) *Ut hoc modo eventum haberet, quod Jesus alibi dixerat, ubi declarabat, quam mortem esset oppetiturus.*

Declaraverat autem in Matth. XX., 19. partim se traditum iri hominibus paganis, — id nunc fit, tradunt enim Pilato, — partim se a paganis in crucem actum iri, — id nunc fit, tollitur enim a Pilato, pagano

pagano homine in crucem. Ceterum Judæi si eum voluissent afficere supplicio, pœna, non potuisset capite plecti. Rexit igitur providentia divina sic, ut homini pagano traderetur, quia ille jus vitæ & necis habebat.

v. 33.) *Reversus igitur est Pilatus in prætorium, & Jesum advocatum ad se sic interrogavit: esne tu Judæorum Rex?*

Necesse igitur est, Judæos Pilato talia dixisse: vir ille jactat se regem, quia quærit repente: esne tu Judæorum rex? Sed hæc narrant ceteri Evangelistæ.

v. 34.) *Respondet Jesus: dicisne tu hoc tua sponte, an alii de me hoc dixerunt?*

v. 35.) *Pilatus, num ego, inquit, Judæus sum? Populares tui & Pontifices Summi te mihi tradiderunt: quid deliquisti?*

Quid est, quod iram eorum in te provocaveras? Non sum Judæus, nescio vestras rixas & controversias.

v. 36.) *Respondet Jesus: meum regnum non est terrenum: si esset terrenum regnum meum, ministri mei pugnarent & concertarent, ut ne traderer in potestatem Judæorum;* vi, armata manu me defenderent, si essem rex terrenus: *jam regnum meum non est terrenum.*

v. 37.) *Rursus Pilatus: ergone tamen tu es rex? Respondet Jesus: σὺ λέγεις i. e. recte dicis: sum ego rex; ἐγὼ εἰς τοῦτο — τῆς φωνῆς.*

Μαρτυρεῖν τῇ ἀληθείᾳ, quoniam ab aliis aliter accipitur, videamus. Dicunt, non poni hic, μαρτυρεῖν τὴν ἀλήθειαν, (Accusativo casu) sed μαρτυρεῖν τῇ ἀληθείᾳ (Dativo casu). Hoc est verum. Estne igitur inter hæc discrimen? Non puto, nisi quod τῇ ἀληθείᾳ μαρτυρεῖν non simpliciter est: Docere religionem, sed quod nos dicimus: *Der Wahrheit das Wort reden,* in ullo aliquo genere defendere verum suis dictis.

Exem-

Exemplum perspicuum in hujus Evangelii Joannei Cap. V., 33. reperietur. Jam erit horum verborum sensus perspicuus: *Darum bin ich gebohren, darum bin ich auf die Erde gekommen, daß ich in allen Fällen der Wahrheit das Wort reden soll:* igitur non possum negare, me esse regem, *ich soll in allen Fällen der Wahrheit zur Steuer reden.* Quæsivisti, num tu es rex? Dixisti recte, *ich bin ein König,* non possum negare. — Jam illud alterum „*debeo etiam docere & tradere ubique verum, nullam falsam doctrinam*“ non tantum videtur h. l. curasse, *daß ich die wahre Lehre vortragen soll,* etiamsi hoc non excludo. Atque si alterum etiam spectatur: ut doceam & propagem doctrinam veram; tamen hoc non exhaurit omnem naturam Christi ex hoc, quod est rex; multo latius patet in illo: *ich soll die Wahrheit reden. Weiter ist nichts dabei zu denken, als:* regium istud munus Christi multo latius patet, quam in illo: propagat. — Jam addit illud: ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, *studiosus & amans veri.* — *Wieder nicht so eingeschränkt: ein Freund der wahren Religion: — weiter: ein Freund der Wahrheit* in ullo genere, — Syntaxis illustrari potest ex Rom. II., 8. ubi, qui est ex rixa, est rixandi studiosus, & amans: & alia exempla supra sub finem Cap. III., sunt tradita. *Qui igitur est amans veri in ullo aliquo genere, is fidem habere solet meis dictis.*

v. 38.) *Ad hæc Pilatus:* τί ἐστιν ἀλήθεια; Puto sensum esse hunc: *Quid est verum,* scilicet: *jeder spricht: ich habe recht, ich sage die Wahrheit; ja aber was ist nun Wahrheit?* Hæc est illa magna quæstio. *Du berufest dich darauf: du müssest in allen Fällen der Wahrheit das Wort reden, und Liebhaber der Wahrheit müßten dir Beifall geben. Was ist aber dies? — Hæc cum dixisset,*

rursus

rursus ad Judæos prodiit domo & dicit: ego virum hunc plane insontem censeo.

v. 39. 40.) *Est quidem vero vester mos, ut inter sacra paschalia unum aliquem maleficum in gratiam vestram absolvam: vultisne igitur, ut vobis hunc regem Judæorum absolvam? Sed illi omnes rursus clamarunt: noli hunc absolvere, sed Barrabam, qui antea fuerat latro.*

In hoc nihil est obscuri. — *Es ist auch in andern Provinzen gewöhnlich gewesen, daß an hohen Festtagen als ein Kompliment gegen das Volk Einer von ihren Landsleuten ihnen wiedergeschenkt wurde.*

CAPUT XIX.

v. 1.) *Tum igitur Pilatus Jesum flagellis cædi jussit.*

v. 2.) *Milites vero plectebant coronam e surculis spinarum, ejusque capiti imposuerunt, eumque pallio purpureo circumdederunt.*

In Matthæo describitur sic, ut fuerit pallium militare, sagum purpureum, quo hic fuerit indutus.

v. 3.) *Inter hæc dixerunt ei: salve Judæorum Rex; sed alapas etiam illi inflixerunt.*

v. 4.) *Rursus igitur Pilatus exiit, & en! inquit, produco illum virum domo, ut intelligatis, me eum insontem censere.*

Er führt ihn heraus gegeisselt, und sagt: da bring ich ihn heraus, damit ihr seht, daß er unschuldig ist. Sie sahen, daß er gegeisselt war, wie konnten sie daraus sehen, daß er unschuldig war? Fortasse sub eo: „*produco illum virum domo*“.

intel-

intelligendum est: etiam ut eum vobis reddam castigatum aliquo modo, ut videatis inde, quia eum reddo, mihi plane eum insontem videri.

v. 5.) *Jesus autem cum prodiisset foras, gestans coronam e surculis spinarum, indutusque sago purpureo;* (de ἱματίῳ πορφυρέῳ jam in v. 1. erat). *Pilatus, en, quæso, inquit, hominem longe miserrimum! Habt ihr noch nicht genug? Wollt ihr ihn noch nicht zurücknehmen diesen Unglücklichen und Elenden?*

v. 6.) *Cum autem vidissent Pontifices Summi & Publici Ministri Jesum, omnes conclamarunt: in crucem eum agas. Ad hæc Pilatus: arripite vos ipsi eum & agite in crucem, nam mea sententia est plane insons.*

Hoc autem: „*ipsi agite in crucem*" non potuit dicere serio; nam Judæi non habuerunt jus vitæ & necis. Sunt igitur verba indignantis, cum tædio & odio loquentis: *wenn er soll gekreuziget werden, so kreuziget ihn selber.*

v. 7.) *Respondent Judæi: est nobis lex, secundum quam legem debet capite plecti ille, quia seipsum filium Dei fecit. Nach unserm Gesetz muß er sterben;* sed nos non possumus eum interficere: ergo tu cogeris eum interficere jure tuo. Ex omni re apparet, latam legem Judæos intellexisse de blasphemia, qua erat capitis supplicio dignus e Lev. XXIV., 16.

v. 8.) *Pilatus, cum hoc audivisset, eum se gessisse filium Dei, multo magis metuere cœpit.* Ante metuerat, ne fortasse insontem plecteret, nunc multo magis, ne Deum, ne Numinis filium plecteret.

v. 9.) *Igitur rediit in prætorium, & Jesum sic interrogat: quinam sunt natales tui? Jesus ad hæc nihil respondet.*

v. 10.) *Pilatus igitur: tu non mecum loqueris? an ignoras, esse in arbitrio meo, te cruci affigere & esse etiam in arbitrio meo, te absolvere?*

v. 11.) *Respondet illi Jesus: nulla esset tua in me potestas, nisi tibi fuisset desuper concessa* — *de super*, a Deo.

Quomodo autem? Quia fungebatur munere Magistratus, sed hic est divinæ institutionis. Vult Deus, sic regi civitates, ut regnent alii, alii autem subsint. — Non tu habes potestatem tuam casu, sed Deo sic dirigente est ita factum. *Proinde, inquit, qui me tibi tradidit, is in majori culpa versatur*: qui me tibi tradiderunt, ii abusi sunt tuo munere: *du bist Obrigkeit: Gott hat dir das Amt der Obrigkeit anvertraut. Nun kommen Leute, die dein Amt wollen mißbrauchen*, ii igitur in graviori culpa versantur.

v. 12.) *Ab eo inde tempore operam sibi dedit Pilatus, ut eum absolvere posset; sed Judæi acclamarunt: si hunc absolvis, non stas a partibus Imperatoris. Quisquis enim regnum affectat, is rebellat contra Imperatorem.*

Hæc non sunt obscura. Hoc enim *αντιλεγειν* profecto plus est, quam *Contradicere*; igitur verti: *Rebellare*. In versione græca vetere verba rebellionem exprimentia & quæ sunt hebraica v. c. מָרָה, solent exprimii per *αντιλεγειν*.

v. 13.) *Pilatus ergo hoc sermone audito, Jesum produxit, conseditque pro tribunali in loco, qui Lithostroton, hebraice vero Gabbatha dicebatur.*

Hæc sic describam: *Man unterscheide* Tribunal *und* Sellam curulem. Tribunal *ist ein etwas erhabener*

bener Fußtritt, ein Echafot, viereckig, ohngefehr 6 Ellen lang, und 6 Ellen breit. Auf dieses Tribunal *wird der sogenannte* Sella curulis *gesetzt. Und so sieht man, was das ist:* judex sedet pro tribunali, Tribunal *ist* βημα. *Dies Tribunal wird auf der Oberfläche meistentheils mit allen möglichen Unkosten ausgeziert, so daß der Stuhl auf einem sehr schönen Boden ruht. Die Auszierung bestund darinnen, daß sie den Boden des Tribunals mit Marmorplatten belegten. Nun sieht man die Benennung* Lithostroton, *d. h.* Lapidibus stratum, *gepflastert, mit Marmorplatten belegt. Diese werden wieder aufs kostbarste bearbeitet, gemahlt, oder es wird wieder Marmor von andern Farben eingelegt. Und weil sie darauf mahlen Insecten, Würmergen oder andere Thiere, so heißt dies* Opus vermiculatum, *eine Arbeit, worauf lauter Würmergen, Insecten oder andere Thiere sind. Und weil es aus Marmorplatten besteht, nennt man es* Opus tessellatum. — *Also das Tribunal des Pilatus ist von solchen kostbaren Marmorplatten gewesen. Auf dieses Tribunal setzt er den* sellam curulem, *und spricht das Urtheil.* Cf. Plinii historia naturalis: ibi definit hoc λιθόςρωτον, opus tessellatum; Præterea in Ernesti Clavi Ciceroniana in vocabulo: „*Vermiculatus*“ repetiuntur eadem: & adhuc pluribus scriptis. — Jam vero alterum nomen „Gabbatha“ dicunt esse hic e radice גָּבַהּ, altus fuit, derivandum, quia tribunal fuit locus altior & editior.

v. 14. — 16. sunt plani. — In v. 14. est tanto major dubitatio, quia ea res hic dicitur hora sexta evenisse, quod plane non convenit cum ceteris Evangelistarum narrationibus. Et de hac re est ad Joannem

necessa-

necessario dicendum, quia in reliquis Evangeliis non ita est. — Evoluamus Marc. XV., 25. *Fuit hora tertia, qua Christum in crucem egerunt.* — Si hora tertia in crucem est actus, non potuit hora sexta stare, tribus horis post stare ante tribunal Pilati. Hoc in oculos incurrit. — Evoluamus Matth. XXVII., 45. Ibi igitur ab hora sexta usque ad nonam dicuntur tenebræ illæ ingruere; sed hæ ingruerunt Christo jam in cruce pendente. Ergo hora sexta jam pependit in cruce & tenebræ ingruerunt. Non potest igitur stare ante tribunal Pilati hora tertia. — Hæ sunt difficultates in hoc nostro loco. Hujus dissensionis removendæ caussa unam tantummodo proponam sententiam, quam hactenus ceteris verisimiliorem & faciliorem existimavi. Ea est sententia hæc in hoc nostro loco: „*Hora δὲ ὡσεὶ ἕκτη*" esse scripturæ errorem & ponendum pro his verbis: ὡσεὶ ὥρα δὲ τρίτη, circiter tertia fuit illa hora. Hujus autem correctionis caussæ sunt hæ: quia quatuor codices Evangelii hujus jam habent lectionem hanc: τριτη: quia Nonus in paraphrasi hexametrica hujus Evangelii etiam dixit: hora τριτοτης, ubi ob metrum ne potest quidem verbum aliud substitui; ut etiam hic habuit hoc & legit. Præterea confusio horum verborum oriri potuit facillime, quia vocabula numerorum non scripserunt integra, sed notæ numerorum ponebantur, *Figuren der Zahlen*, quæ notæ numeri ternarii & senarii potuerunt confundi. Nota ternarii numeri est Gamma sed majuscula (Γ): nota numeri senarii in græco est ϛ, *das kleine* Sigmatou. Jam illius majoris Gamma cum illo ϛ facillima est confusio, ut una nota in alteram mutetur, ut facillime pro illo Gamma poni a librariis potuit illa figura. Sic pro „*Tres*" fit „Sex". Si cui videantur hæc ulterius quærenda, inspiciat, ubi ære sunt incisæ numerorum tabulæ, uti apud Montefalconium. *Das griechische Gam-*

Gamma schrieben sie damals nicht als ein rechtes Winkelmaaß, sondern als eine runde Figur: tanto magis potuit confundi. Hæc proposita jam leguntur in Commentariis Theophylacti ad hunc locum nostrum: adeo sunt antiqua. In quorundum Codicum margine hoc quoque est annotatum. Si hoc est, uti est, videamus tantummodo unum, — Legimus igitur in loco nostro, stetisse Christum ante tribunal Pilati hora circiter tertia. *Das kann ja seyn halb drey Uhr, drey viertel auf drey Uhr.* Evoluamus Marc. XV., 25. ibi est: Fuit hora tertia, qua eum cruci affixerunt. *Gegen drey Uhr wird er verurtheilt, um 3 Uhr: das kann seyn, ein Viertel auf 4 Uhr, halb 4 Uhr.* Sic puto omnia commode cohærere. — De reliquo: quæ hic est hora tertia, illa est nostra antemeridiana nona: sic hora sexta est nostra duodecima, ipse dies medius. — Si quis velit aliorum comparare sententias, is perlegat collectas omnes in curis philologicis Wolfii ad nostrum locum: sunt perplures. — Addamus: inter recentiores probarunt sententiam hanc Pfaffius de variis lectionibus N. T. Cap. 8. § 4: Bengelius in Gnomone & Apparatu Critico: Semlerus in Paraphrasi Evangelii Joannis & multi præterea alii.

De hoc, quod est in eodem versu: ἦν δὲ παρασκευὴ τῦ πάσχα non est, cur moneam; cum notum est, παρασκευην hic esse diem præparatorium paschalis sacri, si verbis his exprimere liceat.

Transibimus nunc ad v. 17. ubi gestasse dicitur Christus crucem ad illum locum, qui Golgotha hebraice dicatur, græce autem verti posset τοπος κρανιϋ: nam in hebraico sermone גֻּלְגֹּלֶת significat Cranium: non igitur mirum est, si γολγοθα vertatur τοπος κρανιϋ. Unde eum locum sic dixerunt, nescimus; uti

uti multorum locorum, qui sunt in vicinia nostra, nomina non intelligimus, unde fluxerint. Alius dicit, in eum locum abjecta fuisse maleficorum crania: — potuit esse: alius, illum montem habuisse figuram cranii: — potuit esse: tamen nescimus certo.

In v. 19. Pilatus scribi jussit titulum, qui est infixus cruci. Verba inscriptionis sunt nota. — τιτλος est latinum verbum Titulus. Id verbum quamlibet inscriptionem significat, sepulturæ & crucis. Ceterum constat & illud, de more inscriptionem infixam esse maleficorum cruci, ut caussa mortis innotesceret omnibus. Fuit tabula dealbata, nigris literis inscripta. Cf. Salmasius.

v. 20.) *Multi titulum hunc legerunt, quia locus, ubi Christus cruci erat affixus, vicinus erat urbi Hierosolymitanæ, & quia titulus erat scriptus hebraice, græce & latine, ut a tanto pluribus posset legi.*

v. 21.) *Jam Pontifices Pilato dixerunt: noli quæso scribere: Rex Judæorum: sed cum dixisset se regem esse Judæorum*, eum affectasse regnum Judæorum.

v. 22.) *Respondet Pilatus: non muto scripturam.*

v. 23.) *Jam milites, ubi Christum affixerant cruci, vestes ejus apprehenderunt, & in partes diviserunt, singulis militibus singulas partes: tum etiam tunicam, quæ fuit sine sutura a summo inde texta penitus.*

v. 24.) *Quam cum vidissent, dixerunt invicem, ne scindamus eam, sed sortem illa conjiciamus, cui futura sit, ut eventum haberet dictum: partiti sunt mea vestimenta inter se, & in tunicam meam conjecerunt sortem. Sic igitur milites tum se gesserunt.*

In

Porro: repleruut igitur spongiam hoc vino myrrhato, & hyssopo imposuerunt. Cum autem sit in Matthæo, calamo eos spongiam imposuisse, hoc conjungimus sic: calamo hyssopi eos imposuisse, & sic ori ejus admovisse. *Nun ist alles gesagt, was gesagt werden kann: es ist nichts verborgenes hier: auf einem Isoppenstängel einen Schwamm zu binden. Ja! sagt man: der Isopp ist gar ein niedrig Gewächs, es kriecht nur auf der Erde hin: wie haben sie können hinauf reichen? Das wird nemlich præsupponirt, daß das Kreuz so hoch gewesen, wie man es noch in Kirchen sieht. Freylich kann ich da nicht hinauf reichen, Daher sind wenigstens drey Emendationen vorgenommen worden. Der Eine setzt für Isopp einen Wurfspiess* l. Pileam, *der Andere einen andern Spieß und dergleichen. Dies ist überflüssig. Erstlich ist das nicht wahr, dass ein Kreuz so ungeheuer hoch, wohl 8, 9 Ellen hoch gewesen, sondern das Kreuz ist etwa eine Elle länger als Mannslänge. Nun denke man, dass dieser Balken in die Erde gerammelt wird, und dass wieder eine halbe Elle abgehet. Es wird nun ein ausgewachsener Mann angeheftet, folglich stehen seine Füsse ohngefehr eine halbe Elle von der Erde. Wenn nun einer so hängt, wie leicht kann man also mit einem Stengel an seinem Mund reichen?* Cf. Vossii *Harmonie über die Passionsgeschichte.*

Zweytens wächset bei uns der Isopp niedrig, er kriecht auf der Erde hin; aber wie oft ist nicht von Borhart und andern Reisebeschreibern erinnert worden, dass der Isopp in Palæstina eine planta arborescens *ist, strauchförmig wächst, dass man also wohl einen Stengel finden kann. woran man einen Schwamm stecken, und herauf reichen kann?*

De

De illo autem in v. 30. „τετέλεσαι" puto in oculos sponte incurrere, dici: jam omnia feci, quæ a me facienda erant, sic uti supra de munere dixit: *ich habe mein Amt vollendet.* Accesserant etiam passiones & morti vicinus erat. *Ich sage dies deswegen, weil ich nicht dächte, dass das τετέλεσαι hiesse: nun sind alle Weissagungen von mir in die Erfüllung gegangen; sondern es heisst: nun ist alles gethan und gelitten, was hat sollen gethan und gelitten werden.* Hoc etiam Cap. X. demandatum ei erat, ut moreretur.

v. 31.) *Judæi igitur, ut ne manerent corpora mortuorum in cruce die Sabbathi, quia erat dies præparatorius,* (ille enim dies Sabbathi erat solemnis) *rogabant Pilatum, ut frangerentur eorum ossa & tollerentur.*

v. 32.) *Milites igitur venerunt & fregerunt crura unius, tum rursus alterius, qui cum eo infixus erat.*

v. 33.) *Cum autem ad Jesum venerunt, & viderunt, eum jam esse mortuum, non fregerunt ejus ossa;*

v. 34.) *Sed unus militum lancea latus transfodit, ita ut proflueret repente sanguis & aqua.*

v. 35.) *Qui hoc vidit, is testimonium perhibuit, estque ejus testimonium fide dignum: & novit ille, se verum dicere, ut vos fidem habeatis.*

v. 36.) *Et factum est hoc, ut constaret loci eventus: os ei non comminuetur:*

v. 37.) *Et rursus alius locus dicit: videbunt, quem transfoderint.* —

De v. 31. Erat παρασκευὴ scil. τῦ πάσχατος. — Postea: ἦν ἡμέρα εκείνη μεγάλη τῦ σάββάτῦ, dies ille Sabbathi erat solemnis, *dieser war sehr feyerlich,*

nemlich, hoc die Sabbathi cæpit simul festum paschale. Igitur hic dies Sabbathi fuit inprimis solemnis. Jam inhærent corpora mortuorum cruci. Et hoc, ne manerent suspensa mortuorum corpora in cruce die Sabbathi, nitebatur Deuter. XXI., ubi suspensos jubentur die mortis de cruce tollere, & occultare terra.

v. 32.) *Igitur mortis celerandæ caussa fracta sunt crura duorum maleficorum:*

v. 32. Sic, Christo jam mortuo, tantum latus ejus transfossum est, ut si quid vitæ superesset, omnis omnino sanguis e corpore reduceretur, ut nunc essent certi, eum esse mortuum, qui nil sanguinis in corpore residuum haberet. Quo quidem argumento vera nostra persuasio de Christo mortuo nititur adversus hos, qui tantum animi deliquium passum esse putant, durans per duos dies, post quos redierat, ad se, ut sic prodiret e sepulcro. Hoc est objectum veritati mortis Christi. Adversus tam flagitiosam criminationem valet hæc narratio, in qua manifeste traditur, omnem sanguinem residuum e corpore Christi fuisse exhaustum, ut non possit esse deliquium animi: *er hat sich verblutet.* Hoc est in hac narratione. Sed videmus, profluxisse e latere ejus non sanguinem solum, sed & aquam. — Fuit omni tempore multa disputatio, nec mirum; cum non facile intelligatur, cur aqua etiam effluxerit, ut adeo discerni posset ab adstantibus sanguis & aqua, & ut videatur copia aquæ, quæ a sanguine discerni posset. — Summatim indicabo, quæ dicta sunt, & deinde de omni re judicabo. Modum igitur rei sic describi posse putatur, ut hoc ictu lanceæ vulneratum fuerit Pericardium, quæ est membrana ingens corporis, in qua cor pendet & quodammodo fluctuat; in illa igitur esse aliquam portionem aquæ: Sic igitur vulnerata illa membrana pericardii potuisse portionem aquæ una cum sanguine effluere: ceterum non esse ibi magnam aquæ

copiam,

copiam, sed esse humores potius aquæ similes, quam puram aquam: Sic videri intelligendam esse rem: aquam mixtam parva copia sanguinis effluxisse, nec ita, ut discerni potuissent duo hæc fluenta. — Non probatum est hoc omnibus, etsi plerisque. Igitur maluerunt intelligi vulneratum sanguinem cum sero effluxisse, i. e. humido quodam succo corporis nostri, qui non sit dissimilis aquæ. Hæc reperi tradita esse. Ut rem non possim dijudicare propter inscitiam artis medicæ; tamen non videtur res sic statuenda, tanquam magna copia sanguinis effluxerit, sed quasi humores in corpore immixti aqua & sanguine sic profluerent una. Nec videtur scriptor ad ἀκρίβειαν Anatomicam adstringere hoc; sed locutus esse, ut loqui solent: mixtura aquæ & sanguinis, quasi humores effluxerunt sive ex hac, sive ex illa membrana. Ceterum est dissertatio integra Bactolini, de latere Christi aperto. Fuit ille medicus. In illa sunt collecta omnia, quæ de h. l. unquam dicta sunt. Rei igitur nexus, indocte intellectæ, nobis manet ille: sic omnem sanguinem penitus esse exhaustum; ut vere sequeretur mors; ut non posset videri deliquium animi

In v. 35 *Qui hoc vidit, is testatus est, ejusque testimonium est fide dignum. Ille etiam novit*, i. e. conscius sibi est, *se vera narrare, ideo ut omnem vestram fidem firmet* & stabiliat: conscius sibi est, se vera narrare, firmandæ persuasionis caussa. Huc persuasio de non fractis Christi cruribus & latere perfosso pertinere non videtur; nam de his rebus nominatim dicit: Hoc factum est, ut constaret loci eventus: *os ei non frangetur:* Et alio loco scriptum est: *videbunt, quem transfoderint.* Ut igitur firmet hominum hac de re persuasionem, sive, ut ostendat hic evenisse ea, quorum sunt vestigia in libris V. T., propterea se hæc narrare dicit. De priori loco, qui

 est

est de paschali agno, non habeo, quæ nunc addam. Nam tunc jam illum paschalem agnum Christi typum fuisse, si dicimus, volumus hoc: in ea institutione paschalis agni fuisse constituta ea, quæ suo tempore simile quid habitura essent in historia Christi, — ut hic dicantur, quæ ibi de agno paschali dicta erant: *non frangentur ei crura.* —

Sed de altero loco: „*videbunt, quem confoderint*": Vim loci in Joanne possumus ex Apocal. I, 7. discere, ubi est: *Veniet Christus per nubes ita, ut quilibet eum cernat, etiam illi, qui eum confoderant; at tum omnes tribus Palæstinæ ejus caussa lugebunt.* Si igitur videbunt venientem in nubibus, videbunt magnificum & splendidum. Igitur „*videbunt*" in loco Joannis referendum est eo: Suo tempore magnificum illum & splendidum videbunt, quem nunc contumeliosissime transfoderunt, ac tum luctus tribuum Palæstinæ erit. Fortasse ergo in Apocalypsi Joannis adventus per nubes non est extremi judicii descriptio, sed adventus ille ad excidium Hierosolymitanum & cladem Palæstinæ omnem refertur, quem adventum in Evangeliis Jesus ipse sic descripsit: *Jam ubi hoc opus patrabitur, ut urbs Hierosolymitana in Palæstina devastetur; videbunt eum magnificum & splendidum, quem nunc contumeliose compunxerunt: tunc erit magnus luctus tribuum Palæstinæ.* Sic arbitror ex illo loco Apocalypseos hunc nostrum locum explicari posse: Cum urbem & civitatem Judæorum vastabit, tum magnificum & splendidum eum videbunt. Sed locus in Zachar. XII., 10. est positus in hac serie orationis, ut Deus dicat: se Judæis & familiæ Davidis nominatim beneficum fore, ac tum, inquit, intuebuntur me, quem compunxerunt. Quod in illo loco esse potest: tum respicient ad me, *sie werden sich wieder zu mir wenden*, quem antea summo dolore affecerunt

runt per peccata sua, ut *compungere* dicatur de summo dolore, quo quis afficitur, ut esset in illo: *dann werden sie auf den zurück sehen, dem sie vorher die äußersten Schmerzen verursacht:* Foret in hoc Joannis loco illorum verborum ut similium huic rei interpretatio. „*Videbunt*": cum horrore videbunt eum magnificum & splendidum: hoc est improprie. Et: „*quem compunxerunt*" proprie dicebat. Verba Prophetæ possunt ita capi. Non pugnabo interea cum his, qui hæc verba litteraliter de Christo volunt explicare; etsi paulo difficilius in illa orationis serie simpliciter & nude vaticinia reperiri possunt: Judæi post devastationem urbis & civitatis suæ videbunt eum magnificum & splendidum, quem compunxerunt. Dijudicate ipsi: redeunt omnia ad seriem verborum in loco prophetæ.

Reliqua hujus capitis nos non morabuntur.

v. 38.) *Post hæc Pilatum rogavit Josephus Arimathensis, (qui discipulus Jesu fuit, sed metu Judæorum clandestinus) ut liceret sibi tollere corpus Christi de cruce. Quod cum Pilatus ei permisisset, venit, & sustulit corpus Jesu.*

v. 39.) *Venit vero etiam Nicodemus, qui primo noctu ad Jesum accesserat, & afferebat mixturam myrrhæ & Aloes circiter centum minas.*

v. 40.) *Igitur hi duo corpus Christi de cruce detraxerunt & illigarunt fasciis una cum aromatibus, qui est Judæorum mos sepulturæ.*

De illo „ἐνταφιάζειν" ad Cap. XII. 7. admonitum est.

v. 41.) *Et cum in illo loco, ubi fuerat in crucem actus & mortuus, hortus fuit, & in eodem horto novum sepulcrale monumentum, in quo nemo unquam jacuerat sepultus.*

v. 42.

v. 42.) *Ibi ob diem præparatorium Sabbathi reposuerunt Jesum, quia monumentum sepulcrale vicinum erat loco, in quo cruci fuerat affixus.* —

CAPUT XX.

In hoc capite narratio prior, ut est in se facillima, sic habet etiam ob ceterorum Evangelistarum narrationem impeditam interpretationem.

v. 1.) *Primo hebdomadis die Maria Magdalena mane venit, cum essent adhuc tenebræ, ad sepulcrum, ubi vidit sublatum a sepulcro lapidem.*

Monendum est de eo: μιᾷ τῶν σαββάτων quod non est: *uno Sabbathorum, irgend an einem Sabbathe;* hoc non esset definitum satis, qualis foret sermo? Ergo est jam centies admonitum, τα σαββατα, numero plurali significare *Hebdomada*, propter hebræum sermonem, in quo verbum שַׁבָּת, numero plurali שַׁבָּתוֹת significat hebdomada, ut e quovis Lexico perspici potest: Lev. XXIII, 15. τα σαββατα hebdomas, — Tum alterum: ἡ μια, cardinale pro ordinali positum est, rursus ad imitationem hebræi sermonis, ut, μια sit *prima*, non, *una*: & ἡ μια των σαββατων, *prima dies hebdomadis*, quæ deinde dies solis est dicta. — Hoc postulat etiam historia: De solis prodiit mane e sepulcro Christus, & conspectus est ab uno vel altero.

Jam quæ his de Maria Magdalena narrantur, ea narrantur a Matthæo, Marco & Luca de multo pluribus mulieribus, quarum nomina etiam ibi ponantur. — Jam si perleguntur narrationes in ceteris tribus Evangelistis, tum in sequentibus brevior potest esse admonitio. Pergamus interea:

V. 2.

v. 2.) *Maria igitur, quæ videt lapidem sublatum, accurrit ad Simonem Petrum & alium discipulum, quem Jesus præcipue amabat, iisque dixit: sustulerunt Dominum e sepulcrali monumento, neque constat nobis, ubi fuerat ille repositus.*

v. 3.) *Jam Petrus & alter discipulus egressi domo, venerunt ad sepulcrum:*

v. 4) *Et quamquam ambo una currebant, tamen alter ille celerior cucurrit, & Petrum prævenit, ut prior veniret ad sepulcrum.*

v. 5.) *Cum introspexisset, positas ibi fascias vidit, tamen ipse non est ingressus.*

v. 6.) *Venit igitur Simon Petrus, qui illum secutus erat; Qui intravit sepulchrum & fascias ibi positas vidit:*

v. 7.) *sed & sudarium, quo obtectum fuerat ejus caput, non eodem, quo fasciæ, loco positum, sed seorsim convolutum aliquo loco.*

v. 8) *Tum & alter discipulus, qui prior venerat ad sepulcrum, intravit & vidit res easdem, & ita credidit,* Christum in vitam rediisse? Credidit, quæ narraverat Maria, ejus corpus non esse in sepulcro. *Nun kommt ja:*

v. 9.) *Nam nondum intelligebant loca V. T. in quibus exstabat, eum e mortuis esse resurrecturum. Daran zweifelte er noch bis diese Stunde: er glaubte nur, was jene Person gesagt.*

v. 10.) *Sic reversi abierunt domum discipuli.*

Si conferamus locos ceterorum Evangelistarum — tantum Lucas hæc habet, nec reliqui — Invenimus, Matthæum & Marcum nec de Petro neque de Joanne aliquid scripsisse. — Interea pergamus:

v. 11.) *Jam Maria adstabat sepulcro*, extra illud stans & *lacrymans. Dum ita lacrymat, introspicit sepulcrum.*

v. 12.) *Videtque ibi duos angelos candidis vestibus indutos.*

Hic in ceteris Evangelistis tantum unum Angelum reperimus commemoratum, nisi quod in Luca etiam duo narrantur. — Videt igitur angelos duos, *unum sedentem prope caput, & alterum sedentem prope pedes, eo loco, quo corpus Christi jacuerat.*

v. 13.) *Illi dixerunt: mulier, quid lacrymas? quem quæris? Respondet illa, sustulerunt dominum meum; ego vero nescio ubi sit repositus.*

v. 14) *Hæc locuta conversa est retrorsum, viditque Jesum stantem, neque tamen novit, hunc esse Jesum.*

v. 15.) *Dicit ei Jesus. mulier, quid fles? quem quæris? Illa opinata hortulanum esse, domine, inquit, si eum asportasti, dic mihi, ubi eum reposuisti, ut ego inde eum tollam, & rursus in aliud sepulcrum reponam.*

v. 16.) *Tum Jesus: Maria. Ea conversa, Rabbuni, inquit, quod verti potest: Doctor.*

Hic libenter assentior his; qui Jesum existimant, altiori & severiori voce esse usum, dum diceret: Maria; ut hac voce sua consternatam mulierem veluti e somno excitaret, ut videret, cum quo loqueretur. *Es war der Fall, wie bei den Beiden, die nach Emmaus giengen. Sie giengen lange, und kannten ihn nicht.* Jam igitur paulo post alloquendo sic Mariam, excitat quasi dormientem, ut ad se reverteretur. Illa utitur voce: Rabbuni, *du bist es ja selbst.*

v. 17.) *Jesus vero: noli me amplecti: nondum enim ascendi ad Patrem meum.*

Μή μȣ ἅπτȣ: Hoc verti sic: *Noli me amplecti,* quia in Matthæo describitur ita, ut videatur sic explicari posse. Matth. XXVIII., 9. Cum Jesus mulieribus illis

illis dixisset: Salvete; tum accurrunt, procumbunt humi, & sic pedes ejus, genua amplectuntur præ gaudio. Ergo est & h. l: Noli me nunc amplecti diu, noli nunc tempus terere gaudio declarando. *Dort steht: Ite & hoc annuntiate fratribus meis. Halte dich nicht auf mit Freudenbezeugungen.* Hic additur: *nondum abii ad patrem meum*, me videbis adhuc amplius & colloqueris, etsi non diu apud vos versabor. — Πορευȣ δε προς. — Ito potius ad amicos mihi dilectos, iisque meis verbis dic, me ascensurum esse a Patrem meum, & Patrem ipsorum, ad Deum meum & Deum ipsorum; sive, dic illis, certum esse, me ex terris his paulo post abiturum. Hoc cur jubet nuntiari, id est e ceteris Evangelistis discendum. Sic enim eos monet, ut ne negligant Galilæam redire, quia ibi eum conspecturi sint. Non erit perpetuo in his terris, abibit in cœlos: Festinare ergo jubentur in Galilæam, quia ibi eum visuri sint; nam certo discedet ex his terris.

v. 18.) *Sic Maria Magdalena abit nuntiatura discipulis, se vidisse dominum, eumque ipsi hæc in mandatis dedisse.*

Hactenus narratio ipsa.

Ceteris Evangelistis comparatis, multa diversitas propemodum est in singulis partibus. Hic vero dissensus non videtur posse sic componi, ut ex omnibus his quatuor narrationibus unam velimus efficere, cujus partes invicem apud omnes Evangelistas bene cohæreant. Videamus paucis modo exemplis, qualis futura esset illa conjunctio. Legimus, Mariam Magdalenam fuisse, cui Jesus se conspiciendum præberet: legimus in ceteris Evangelistis, plures fuisse mulieres, quibus hoc evenit. Jam dicimus: Joannes nominavit unam, & ceteri Evangelistæ nominarunt plures: has tu debes ergo & hic intelligere. — Joannes de se dicit, se fuisse,

fuisse, qui & ipse accurrerit ad sepulcrum. Ceteri hoc neglexerunt. Jam ceteros expleamus ex Joanne. — Hic duorum fit angelorum mentio, ibi unus commemoratur. Hoc quomodo potest dici una eademque ratione? — Ceteri a mulieribus pluribus Christum dicunt esse conspectum, Joannes vero unam nominat. Explebimus Joannem rursus ex illis narrationibus. Hoc vero si ita sit, nullam tu relinquis narrationem, qualis tibi exhibetur. — Mihi non videtur posse effici, ut hæ omnes narrationes unam eandemque definiant rem. Poterat fortasse, ut una eademque videatur, dici illud, alium sciptorem secutum hic esse alios fontes: Lucam & Marcum audiendo tantum accepisse id, Matthæum & Joannem vero ipsos fuisse spectatores; non esse igitur mirum, si a testibus & spectatoribus aliter narrantur quædam, quam ab illis, qui ea tantum audiverunt. Tamen ipsi illi duo testes & spectatores, Joannes & Matthæus, magno sunt in dissensu. Quomodo tamen potuerunt rem tam diverse exponere? Nec sic video, cur fieri posset una eademque narratio. Ergo si non est una eademque, restat illud, ut sit diversa; ut apud Joannem de alia re sit sermo, quam apud ceteros Evangelistas. Et nonne hæc diversitas ex ipsis περιςασεσι potest intelligi? Sic enim, ut hic Maria Petro & Joanni nuntiat, ut hi ad sepulcrum accurrant, in narrationibus ceteris nihil est: sic h. l. de hortulano, qui deinde agnoscitur Christus ipse, reliqui scriptores ne verbum quidem habent. Est igitur manifesta diversitas. Igitur fuerunt, qui dicerent, Jesum huic Mariæ Magdalenæ bis se videndum exhibuisse; semel: cum ceteris mulieribus; iterum: soli. Hoc etsi potuerit fieri, tamen non videtur solvere omnes difficultates. Sunt plura his similia, si omnia comparantur, quam ut bis apparuisse dicantur. Et si apparuerit ei cum ceteris mulieribus, cur eum nunc non agnoscit, cur hortulanum

putat,

putat, & quærit: nonne tu eum vidisti? Aut si hæc est prima apparitio in Joanne, rursus conjuncta cum mulieribus non agnovit. Non potest res sic expediri. — Hic audeo igitur aliquid, etsi non certis probare possum argumentis. — Quid, si in hoc loco Joanneo cognomen „*Magdalena*" non est a Joanne scriptore, sed additum recentiore manu? Hoc si sumam, relinquitur illud, hic cuidam Mariæ, quæcunque fuerit, Jésum se conspiciendum exhibuisse; Magdalena cum ceteris mulieribus ibi fuit: ita semel cum pluribus mulieribus conjunctum, & deinde uni Mariæ. Foret sic hæc narratio diversa plane res ab his, quæ sunt in ceteris tribus Evangelistis. — Hæc est mera conjectura, non abhorrens tamen ab omni verisimilitudine. — Jam evoluamus Marc. XVI., 1—8. Ibi narratur illud de pluribus mulieribus, quibus etiam Magdalena interfuit. Jam v. 9. sequitur hoc: *cum Jesus mane surrexisset, primum omnium Mariæ Magdalenæ apparuit, e qua ejecerat septem dæmonia. Das ist ein ganz appartes Factum.* Est ergo fundamentum, cur dicam: hæc est res diversa a ceterorum trium narrationibus; est singularis acta. Sed sic unam audaciam sequeretur altera; nam & in Marci loco esset nomen „*Magdalena*" in dubitatione. Ceterum non diffido, hanc totam particulam in Marco a versu 9. usque ad finem esse sine dubio additamentum; ut Marci Evangelium finiatur jam v. 8. Hoc non possum nunc prosequi; tamen ex criticis caussis est magnopere suspecta particula reliqua. Ceterum si vel maxime singula sic dissonant: invicem tamen hoc in facto positum est, Jesum pluribus mulieribus, item uni ex mulieribus apparuisse. — Reliqua peti possunt e Bengeliana Harmonia, tum ex illis, qui contra Guelpherbytana Fragmenta scripserunt. —

Transeamus ad secundam narrationem.

v. 19.) *Circa Vesperam eodem die hebdomadis primo foribus clausis, ubi discipuli congregati erant ob Judæorum metum, venit Jesus, & medius inter eos constitit, atque dixit: Salvēte.*

v. 20.) *Hæc locutus monstravit eis manus & latus suum; inde discipuli, conspecto domino, gavisi sunt.*

v. 21.) *Tum Jesus rursus:* εἰρήνη ὑμῖν.

Quod nunc non est tam: „*Salvete*", & repetita salutatio; sed: *fausta quævis vobis apprecor*, Deum propitium vobis apprecor: *Gott sey mit euch.* Huic explicationi nunc respondent etiam cetera: nam unum instruit discipulos de futuro illorum munere, Fausta quævis vobis evenire jubeo.

Uti Pater me misit, ita & ego vos mitto.

v. 22.) *Hæc locutus adspiravit eos, additis his verbis: Accipite spiritum sanctum.*

v. 23.) *Si nonnullis condonaveritis peccata, iis sunt condonata; si nonnullis non condonaveritis peccata, iis non sunt condonata.* —

Quædam sua sponte intelliguntur, veluti: pertinere hæc tantum ad Apostolos illos undecim, quia incipit ab his verbis: *uti me misit pater, sic & ego vos mitto per terrarum orbem docendi caussa.* Hoc ad quemnam tandem alium pertineat, quam ad Apostolos, præsertim si Cap. XVII., 18. conferatur, ubi hæc ipsa de his undecim Apostolis dixerat?

Alterum: „*Adspiravit eos*", quis non videt, hanc esse actionem, quam dicimus, symbolicam; sed hac actione symbolica significari, quod velit dicere hoc: Uti ego vos adspiro, sic vos accipietis spiritum sanctum: uti hoc est certum, me nunc vos adspirare, ita & illud est certum, vos accepturos esse spiritum sanctum? Ita fit illa symbolica actio. — Talis actio symbolica fuit etiam olei infusio in prima ecclesia: uti infunditur oleum in te, sic infundentur in te dotes spiritus sancti.

Jam de peccatis remissis aut non remissis dicam primo, quæ mihi verior sententia videatur, & deinde aliorum sententiam proferam. — Teneo vim hujus phraseos: *Condonare peccata:* quæ vis in eo est, ut semper hæc phrasis significet: Removeo pœnam peccatorum, Malum e peccatis ortum removeo. Igitur & alterum: non condono peccata, est: non tollo pœnam peccatorum, non removeo malum e peccato ortum. Jam igitur quando, quomodo Apostoli pœnam peccatorum removerunt aut non removerunt? Si historiam eorum consulamus; removerunt pœnam peccatorum tum, cum hominibus ægrotis sanitatem restituerunt. Ita enim morbum, peccatorum pœnam, removerunt. Rursus, non condonarunt peccata, cum aut sanitatem alicui non restituerunt, aut morbum, pœnæ nomine, alicui inflixerunt. Jam morbos præsertim graviores & repentinos habitos esse pro pœnis peccatorum, neminem fugit, &, si miraculo morbi tales sanarentur, homines dixisse & credidisse: huic homini sunt peccata remissa, hoc patet ex Matth. IX., sub initio, ubi Jesus ipse hoc sensu condonat peccata. *Gehe hin, dir sind deine Sünden vergeben. Tum surgit, sublatoque lecto abiit in domum suam. So waren ihm dann seine Sünden vergeben.* Aliud in Jac. V., 14. 15. reperiemus. — Quod si igitur Apostoli homines liberarunt a morbis hoc modo; quod si hæc res, facto miraculo, habita est pro condonatione peccatorum; possum illud in hoc loco „*Condonare peccata*" huc referre: miraculo condonare peccata: *durch ein Wunder die Strafe hinwegnehmen.* — Si Apostoli scelestis hominibus inflixerunt morbos, pœnæ nomine; si quilibet sic statuit; tum non est illi condonatum peccatum. Apostolus igitur tenebat peccatum: *die Sünde wird dir nicht vergeben, dich trift Strafe der Sünde.* Talia exempla citare possumus ex Act. V.,

ubi

ubi Ananias & Saphira morte puniuntur. Aliud erit in Act. XIII, 8. *da ein gewisser Mann dem Paulus widerstebt, und Einen, der sich bekehren will, nicht will bekehren lassen, da denn der Apostel sagt: du Böser, du Kind des Teufels, der du den Absichten Gottes widerstreitest, sey den Augenblick blind. Und alsobald wurde er blind. Diesem wurden die Sünden behalten.* — In omni hac re non erit porro verbis opus, cum præcesserunt verba: *accipite spiritum sanctum, ut vos possitis condonare peccata, als z. B. Krankheiten heilen, und so Sünden vergeben, & ut possitis peccata reservare, als z. B. Krankheiten über Menschen verbreiten, und so ihnen die Sünden nicht vergeben.* — Hactenus nil dixi, quod esset a verbis & illorum temporum historia alienum. —

De reliquo hic tantus apparatus monet tamen nos, de singulari re cogitandum esse. Est in hoc: *warum bedient er sich hier eines Symbols? Seht, jetzt hauche ich euch an: ewig sey euch das in Gedanken. Eben so nehmt den heiligen Hauch, den heiligen Geist an: verlasset euch darauf; wenn ihr in dem Fall kommt, Sünden zu vergeben, thuts getrost, sprecht zum Kranken: sey gesund, dir sind deine Sünden vergeben: und so wird es geschehen: Wenn ihr also am Krankenbette steht, so denkt an das; gewiß wird der πνευμα άγιον bei uns seyn: er hat ja uns noch angehaucht.*

Nunc de alia ratione loci explicandi dicam. — Quid igitur, si: *„Remittere peccata"* hic sit illud: Hominibus declarare, eos habere Deum propitium? Dicam planius: *wie wenn es ist; die Predigt von der Busse, die Predigt von der Vergebung der Sünde?* Si vos docuistis, pœnitentibus esse peccata remissa, tum remissa illis erunt, & sic in contrario. — Non nego, sic

ſic poſſe intelligi: tamen non ſic condonant Apoſtoli peccata. *Wenn ich predige: du, der du dich änderſt, wirſt von Gott Vergebung erhalten: ſo predige ich bedingt; ich predige: Gott wird dir deine Sünden vergeben, wenn du dich änderſt; ich thue hier nichts.* — Jam in hoc tamen loco videtur dici aliquid, quod Apoſtoli ſint facturi juvante Deo: aliquid, in quo peculiari auxilio πνεύματος ἁγίȣ opus erat. *Das wuſsten ja die Apoſtel, daſs ſie alle gehen und predigen ſollten Vergebung der Sünden. Und dies war im Ganzen genommen der Inhalt ihrer Predigt. Hier wird es nun ſo feyerlich geſagt.* Nonne ſingulare quid eſt hic, quam tantum prædicatio doctrinæ? — Sic mallem rationem priorem ſequi. Sed judicate ipſi; tantum ne dimittatis ex oculis verba: *Uti Pater me miſit, ita & ego vos mitto.* Per hoc id videtur ad Apoſtolos eſſe referendum. — Sequitur tertia narratio.

v. 24) *Sed Thomas, unus e duodecim, non erat cum ceteris, quo tempore Jeſus venerat.*

v. 25.) *Ceteri igitur narrarunt illi, ſe dominum vidiſſe. Ille vero: niſi, inquit, impreſſionem clavorum in manibus viderim,* vel, veſtigia clavorum impreſſa, *& poſuerim digitum meum in veſtigiis clavorum, & manum meam in latus ejus, non fidem habebo veſtræ narrationi.*

v. 26.) *Octiduo poſt in domo aliqua diſcipuli erant, & Thomas clauſi. Venit Jeſus, clauſis foribus, & medius inter eos conſtitit & dixit: Salvete.*

v. 27. *Deinde Thomæ dicit: porrige huc digitum tuum, & vide manus meus: & porrige manum tuam & eam in latus meum imponas, neque dubites ſed credas.*

28.) *Reſpondet Thomas: mi domine atque mi Deus.*

v. 29.

v. 29.) *Tum Jesus: quia me vidisti, Thoma, nunc credis*, me in vitam rediisse; *sed beatos eos, qui etiam absentibus rebus fidem habent.*

Tantummodo duo monebo: Unum pertinet ad v. 26. ubi Jesus clausis foribus venisse dicitur, quod ipsum paulo ante etiam legeramus. Hanc rem referunt alii ad miraculum, quasi fores clausas per miraculum ipse penetraverit. In quo etiam sumunt, Christi in vitam restituti corpus glorificatum ita fuisse tenue & subtile, ut vel sic potuisset permeare non patefactas fores. Sed aliis videtur totum hoc caput esse sic capiendum, uti sexcenties in communi vita dici solet, nempe: venisse eum multa nocte, cum fores jam essent clausæ Hoc quilibet intelligit, uti intelligitur in vita communi, significare adventum suum pulsando. Neque est caussa, cur hoc in loco deseratur usus loquendi in vita communi. *Er kam spät, da das Häuschen zugeschlossen war.* Jam autem Jesus post reditum in vitam habuit corpus, quo usus est ad edendum, bibendum, eundum & ad alia negotia. Quidni ergo significaret, esse ante fores aliquem, & sic eum intromitti? Hoc non puto esse miraculum. Utique potest locus ut in vita communi commode intelligi. Id multi quoque jam admonuerunt.

Paulopost v. 28. Ibi Thomas tandem persuasus dicit: *mi domine, atque mi Deus*: Refert hæc ad Christum ipsum, adeoque fatetur, nunc se tandem esse suum dominum & Deum, cum in vitam redierit. Sed nec hoc capitur ab omnibus eodem modo: nam hæc verba dicunt esse potius allocutionem Dei Patris: Thomam enim verecundia, pudore, admiratione plenum sic exclamare secum: mi Domine, atque mi Deus, quam mira sunt consilia tua, qui filium tuum in vitam revocasti! Tamen prior illa ratio magis videtur universæ rei convenire: Hunc, quem negaverat, e mortuis resurrexisse, hunc videt, audit, hunc centies dixerat dominum suum, hunc etiam nunc, post reditum in vitam, dominum suum appellat. —

Versus extremos Capitis hujus duos separabimus a superiori narratione. Est enim conclusio & veluti clausula totius Evangelii Joannei seorsim addita.

v. 30.) *Jam multa quidem etiam alia miracula patravit Jesus, spectantibus discipulis suis, quæ non sunt conscripta in hoc libro.*

v. 31.) *Sed hæc conscripta sunt, ut crederetis, Jesum esse Messiam, filium Dei, & ut credendo felicitatem acciperetis per & propter eum.*

Quoniam igitur Joannes in Evangelio suo paucissima de miraculis Christi tradiderat, videtur hoc adjecisse: Scio, multa alia miracula a Jesu esse patrata; sed ea consulto præterii. Paucissima de miraculis dixerat; de sanato ægroto ad locum Bethsaidarum; de sanato cæco; de Lazaro in vitam revocato; in tanta miraculorum copia, quæ Jesus patravit. Ne quis igitur eum accusaret, utitur hac clausula: Multa patravit Jesus miracula, quæ vero non sunt conscripta in hoc libro. Deinde est antiquorum omnium traditio, Joannem omnium ultimum Evangelium suum scripsisse, quia diutius in vivis fuerit ceteris Evangelistis & Apostolis. Huic traditioni cur non fidem habeamus, non est idonea caussa; quidni antiqui hæc tradita habere potuerunt a majoribus? Si vero ita se res habet: potest intelligi, cur non multa scripserit de miraculis Joannes; quia scivit, ab aliis esse jam conscripta, cæterorum Evangelistarum scripta iis jam esse repleta. Et illa tria, de duobus scilicet ægrotis & Lazaro, sunt a nemine alio Evangelista tradita; hæc addidit, ut valde memorabilia. Sed *hæc* scripsi; hæc, quæ ego in meum librum retuli, (Sic est in v. 31. Non potest referri ad miracula; nam de his paucissimis locutus est) hæc scripta sunt, ut fidem habeatis, Jesum esse Messiam. Hæc autem, quæ Joannes potissimum scripsit, sunt sermones Jesu; in quibus id unum egit,

 quod

quod jam Cap. XI., occurrit: se esse a Deo missum filium Dei & Messiam. Optime igitur cohæret: *das, was ich geschrieben, ist geschrieben, um den Glauben in der Welt zu verbreiten, daß Jesus der Messias, der Sohn Gottes sey;* atque sic illa πιστις ad felicitatem refertur. — Retuli igitur hanc clausulam separatam ad universum Joannis Evangelium; non retuli ad quadraginta illos dies post reditum in vitam usque ad ascensum in cœlos. Causam habeo hanc: Sumamus referri ad hos quadraginta dies: jam antea ne verbum quidem erat de miraculis, nisi quis vellet de clausis foribus referre; igitur erit unum, si modo est. Jam in fine loci dicit: Sed etiam alia multa fecit miracula, quæ non sunt conscripta in hoc libro, per hos dies. At tu nobis illa non narraveras; quomodo igitur potes dicere: hæc conscripta sunt? Hac de caussa ad totum Evangelium retuli; ut jam est actum a permultis.

Si igitur finitum est Evangelium Joannis (exstat enim clausula:) Cap. XXI. est appendix, post hæc demum adjecta Evangelio, cum antea jam facere vellet Evangelii finem. Alio tempore hoc addidit Joannes. Cum igitur hanc appendicem superaddidisset libro nuper jam finito; in fine capitis rursus etiam clausulam adjecit, argumento eodem, quo habuimus. Attendamus in loco perlegendo, quomodo ad Petrum omnia referuntur; fortasse hoc nos in viam ducet.

CAPUT XXI.

v. 1.) *Posthæc Jesus discipulis rursus se videndum exhibuit ad mare Tiberiados.*

De hoc Cap. VI., 1. admonitum est; ut lacus Genezareth alio nomine mare ad Tiberiadem urbem etiam appelletur.

v. 2.) *Exhibuit vero se hoc modo videndum: Conversabantur Simon Petrus & Thomas & Nathanael & filii Zebedæi & alii duo discipulorum Christi.*

v. 3.) *His Petrus dicit: se piscatum ire velle. Illi igitur: itaque nos tecum ibimus.* Exierunt ergo *conscenderuntque statim navigium; sed illa nocte nihil ceperunt.*

v. 4.) *Mane stetit Jesus ad littus, nesciis tamen ejus discipulis, esse Jesum.*

v. 5.) *Ille igitur: num quid, o mei, habetis piscium? — Illi negant.*

v. 6.) *Jesus igitur: mittite rete ad dextras navigii partes, ibi reperietis.*

Miserunt igitur rete, nec potuerunt amplius illud trahere præ multitudine piscium.

Quid igitur hic est προσφάγιον? Id nihil differt ab vocabuli notione: ὄψονιον; sed utroque verbo: προσφάγιῳ & ὀψονιῳ, significabant Græci inprimis pisces; hos opsonium appellabant. *In der alten Sprache ist* ὄψονιον *Alles das, was man mit dem Brode geniesset.* Nominatim igitur h. l. genus hoc, quod cum pane edimus, pisces intelliguntur. — Stat ille, Jesus, hic ad littus, ut aliquis ullus homo; acclamat illis: num quid habetis piscium? *Habt ihr etwann einige Fische gefunden?* Hoc alio modo non potest intelligi, quam: Simulabat præterire, vidit piscantes, quærit ex eis: num quid piscium habetis? —

v. 7.) *Hic discipulus ille, quem Jesus inprimis amabat, Petro dicit: Dominus est. Petrus igitur cum vidisset, Jesum esse, tunicam superiorem accinxit (erat enim nudus) & ita se in mare immisit.*

v. 8.) *Reliqui vero discipuli navigio secuti sunt Petrum (non enim procul erat a terra,*

 sed

sed circiter intervallo cubitorum ducentorum) igitur secum traxerunt rete piscibus repletum.

Unum addam de re: alterum de verbo. — De verbo primum: τον ἐπενδύτην, verti: Tunicam superiorem. Postea est: *Erat nudus*: sic ut solent esse operarii nudi: *sie sind nur in einem Kamisol.* Cum igitur Petrus hic adstaret nudus: induit tunicam superiorem. *Noch so ein Oberkamisol zieht er über den Brustlatz*, & ita se dimittit in mare. *Er will sein Kleid nicht zurück lassen.* —

De re: — cur se in mare dimittit? — Alius dicit: præ pudore, quia erat nudus; sed non erat nudus, quantus quantus esset; & deinde mira esset ratio se gerendi. Immo vero præ nimia festinatione: quia non potest expectare colloquium cum Christo, dimittit se in aquam. *Er kann es nicht erwarten, springt ins Wasser, und schwimmt hinüber. Die Andern kommen nun langsam nach: das kann er aber nicht erwarten.* Sic putem commodissime hæc intelligi posse.

v. 9.) *Cum igitur conscendissent in littus, vident, prunas esse positas & piscem impositum, tum etiam panem.*

v. 10.) *Jesus igitur: afferte, inquit, aliquid de piscibus, quos nunc cepistis.*

v. 11) *Sic Petrus abit, trahitque rete in littus plenum piscibus magnis centum quinquaquinta tribus: & quamvis tot erant; tamen non ruptum est rete.*

v. 12.) *Dicit Jesus illis: venite huc & prandium capite. Nemo vero discipulorum ausus est, eum interrogare: quis tu es? cum scirent, esse dominum*, miraculo scilicet admoniti.

v. 13.) *Jam igitur Jesus apprehendit panem porrigitque discipulis, similiterque pisces.*

v. 13.

v. 14.) *Sic jam tertium Jesus se exhibuit videndum discipulis post reditum in vitam.*

v. 15.) *Finito prandio Jesus Petro dicit: Simon, Jonæ fili, num me plus ceteris amas? Petrus: sane, inquit, Domine; Nosti, te a me amari. Jesus igitur ei: pasce, inquit, agnos meos.*

v. 16.) *Tum Jesus secundum interrogat eum: Simon, Jonæ fili, annon me amas? Sane, inquit, nosti Domine, te a me amari. Jesus igitur: pasce, inquit, oves meas.*

v. 17.) *Tum Jesus tertium interrogat eum: Simon, Jonæ fili, annon me amas? Tum Petrus est contristatus, quia tertium interrogaverat: annon me amas? dicit igitur: Domine, te nihil latet, tu nosti, te a me amari. Jesus igitur: pasce, inquit, oves meas.* —

Jam de his nonnulla monebo. Verba in se sunt plana: igitur: cur videtur Jesus Petrum iterum iterumque interrogare? Quoniam eum antea non deseruerat modo, sed etiam abnegaverat. Vult igitur Jesus, adstantibus aliis, elicere illam professionem amoris in Petro constantis, ne fortasse in posterum Petro hoc objiceretur. Sic Petrus dicere poterat: *dreymal habe ich ihn von meiner dauerhaften und anhaltenden Liebe versichert.*

In altero: „*pasces agnos meos, pasce oves meas*" puto, Jesum, adstantibus & audientibus cæteris, Petrum denuo præfecisse muneri Apostolico, ne quis objiceret ei; tu eum deseruisti, tu non es sectator ejus constans. Jesus igitur ter declarat: tu eris doctor cœtus mei in his terris, quia constans est tuus amor. — Hoc non possum argumentis firmare: utor conjectura, quæ tamen non omnem verisimilitudinis speciem amisit.

Deinde

Deinde in illo: *„pasce oves meas & agnos meos“* nil potuit esse discriminis, quod sic volunt intelligi: oves esse christianos in Christianismo perfectiores, & agnos esse christianos minus perfectos; sed non potest poni discrimen, quia est Allegoria. Sed in Allegoria latet una eademque sententia, sive his sive illis verbis exprimatur. Latet ea: tu debes præesse meo cœtui. Cum ergo dixerit: pasce agnos meos: pergit: pasce oves meas; manet Allegoria. Nec quæritur in Allegoria, quæ aliquoties occurrit, an singula verba differant: quæritur summa loci. Jam versamur in omni Allegoria.

v. 18.) *Confirmo tibi, cum adhuc adolescens esses, te cinxisse temetipsum, & ivisse quorsumcunque volueras: ubi autem consenesces, manus tuas porriges, & alius te cinget, & deportabit, quorsum deportari nolueras.*

Hæc sane essent obscura, nisi sequeretur:

v. 19.) *Hæc vero Jesus dixit, ut indicaret, qua morte Petrus Deum esset celebraturus.*

Igitur facienda est explicatio. *Senem te alius cinget. Es ist eben der Fall.* Videmus, quæ idea insit in hac Allegoria: Senem te alius violenta morte abripiet. Illud dixit: cinget te. Præcesserat antea: olim te ipsum cingebas: postea: alius te cinget: Nec ibi quæritur *„Cingere“* anxie; ergo nec hic; sed ibi ponitur exemplum actionis vitæ communis: *Ich gürte mich und ziehe mich aus:* Poterat aliam rem ponere: agebas vitam communem pro arbitrio tuo: eras tui juris. — Alius olim te cinget, olim tu non eris tui juris, non pro arbitrio & pro lubitu facies quæ velis. Supra dixerat: ἐζώννυες σεαυτὸν: manet nunc in Allegoria; & hoc: ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, *ganz simpel: du wirst ihm die Hände hinhalten,* patienter perferes mortem tuam; non obniteris isti ad-

versio

versario tuo. — De reliquo tradit historia ecclesiastica: Neronis tempore Petrum in crucem actum fuisse, ut ita responderit eventus huic prædictioni. *Nun der Zusammenhang: Er hat ihm in Gegenwart der Andern das Geständniß abgedrungen, daß seine Liebe standhaft sey: er hat ihm in Gegenwart der Andern gesagt: auch du sollst ein Lehrer meiner Gemeine seyn, du sollst wie die andern in Ansehen stehen; doch wisse, daß du dereinst eines gewaltsamen Todes wirst sterben müssen:* cave, ne denuo delabascas, si pericula talia ingruent.

Jam his ita dictis *jubet Petrum se sequi. Das ist nicht: sey du mein Nachfolger, gehe mit mir hin und her. Hier ist es ganz simpel: Komm mit mir,* seorsim tecum loquar; a ceteris igitur seducit: Sequere me, ut alia quædam tibi soli seorsim dicam, non audientibus reliquis. Sic Christus & Petrus abeunt a ceteris discipulis. Jam ita pergit

v. 20.) *Sed Petrus conversus retro, videt discipulum, quem Jesus inprimis amabat, etiam sequentem,* una ire volentem cum Christo & Petro: — discipulum, *qui in epulo illo accubuerat ad pectus Jesu, eumque interrogaverat: quisnam esset ejus proditor?* —

v. 21.) *Hunc cum Petrus vidisset sequentem, interrogabat Jesum: Domine, quid vero hic?*

v. 22) *Respondet illi Jesus: Si eum vellem manere usque ad adventum meum, quid hoc ad te? tu modo me sequere,* mecum abi, ut porro tecum colloqui possim.

In v. 21. hæc verba: *„Quid vero ille Joannes“?* hanc habebunt vim: quæ vero erit ejus sors? Mihi prædixisti, me ab aliis cinctum iri, me venturum esse in mortis pericula, quid vero isti fiet? quænam ejus erit sors? In responsione Christi: *si eum vel-*

lem

lem manere usque ad adventum meum: — Manere, superstitem manere, in vivis manere; quo sensu verbum posse dici, ex 1 Cor. XV., 6. apparet, ut multi monuerunt: nam & ibi est „μένουσι" manifeste de his, qui adhuc in vivis sunt. — *Ad adventum meum:* — Saepe autem Jesus de adventu suo, de reditu dixit, cum modo intelligeret adventum ad cladem Palaestinae, & Hierosolymorum; modo adventum ad extremum judicium. Sed discipuli ejus, auditis illis rebus *„redibo"* conjunxerant has ideas: tum fore etiam interitum mundi, quod ex Matth. XXIV., 3. citra dubitationem disci potest. Igitur cum hoc audivissent: *Si hunc vellem manere superstitem usque ad adventum meum:* poterant devenire eo: vitam eum esse protracturum usque ad consummationem mundi. Si igitur vellem: quid hoc ad te? Tu me modo sequere: noli te semper immiscere aliorum rebus.

v. 23.) *Igitur dimanavit haec fama inter christianos, illum discipulum non moriturum esse.*

Dimanavit fama εἰς τοὺς ἀδελφοὺς: verti: inter coetus christianos, non inter duodecim tantum Apostolos. Primo enim omnes omnino coetus christianos dici ἀδελφοὺς, quem fugit? Deinde cum fuerit falsus ille rumor; non videtur illa fama inter duodecim esse versata, sed inter coetus christianos propagata. Hanc vero famam falsam per ecclesias sparsam, nunc scriptor refutat: καὶ οὐκ &c. *Sed non dixerat Jesus illi, non moriturum esse hunc discipulum, verum: si vellem eum superstitem ad adventum meum manere, quid hoc ad te?* Igitur quod cum conditione dixerat Jesus, id illi absolute ceperant: Volo illum manere; & illud *Manere* intelligunt de hoc: Manere in vivis, *& usque ad adventum meum*, usque ad interitum mundi.

v. 24.

v. 24.) *Hic est ille discipulus, qui his de rebus testimonium perhibet et haec in literas retulit.* —

Igitur haec Joannes de orto illo falso rumore et caussa ejus retulit in literas, ut refutaret vanitatem illius famae falsae: γράψας ταῦτα, haec de illis colloquiis Christi in literas retulit. Quod si non refutasset, et mansisset illa opinio falsa, Joannes vero mortuus esset, uti mortuus est: potuisset ista res in vituperium Christi trahi. Igitur mature refutat et abjicit illum falsum rumorem, et ostendit, unde ille ortus sit. Addit et illud: οἴδαμεν etc. *Scimus etiam, testimonium ejus esse verum, fide dignum.* — *Scimus.* In hoc numero plurali haeserunt multi, ut postea monebo, quare non dixerit: Scio. Poteramus dicere: annon esset notum, interdum scriptores sic loqui? sed etiam ita intelligi potest: ego et illae ecclesiae, inter quas versor, *ich und meine Kirchen, ich und meine Gemeinen:* nam vixit in Asiaticis ecclesiis, et his scripsit suum Evangelium, uti antiqui tradunt. — Haec erat hujus loci explicandi ratio una.

Est tamen et alia explicatio, qua proposita multo magis intelligetur festinatio in explicatione male intellecti Christi sermonis. Sed ad hanc aliam explicationem ducit quaedam lectionis varietas in v. 22. in illis verbis: ἐάν αυτὸν θέλω μένειν, non „*Si*" sed *sic* volo eum manere usque ad reditum meum. — *Sic* — Primo nunc praelegam locum integrum et explicationem: Deinde hujus lectionis argumenta commemorabo. Plane redit ad vitae communis locutionem. Jusserat Jesus Petrum sequi se: Sequitur etiam Joannes: Petrus interrogat: *Domine, quid vero iste?* id nunc significat: Quid vero iste sibi vult? Tu jussisti me sequi: *warum geht dieser auch mit?* Respondet Jesus: *Sic eum volo restare ad reditum meum, ich will, dass er soll hier bleiben,*

zurück-

zurückbleiben, bis ich wieder zurück komme. Et ad Petrum: *Tu modo ſequere me.* Verba pati illum ſenſum, eſt in promtu. Sic maneat: *Er ſoll hier ſtehen bleiben.* Nunc dixerat Chriſtus illud obſcure: *Sic volo eum manere ad reditum meum.* Jam homines illi tropice hoc intelligunt: *Sic volo eum manere ad reditum meum. Wird denn das heiſſen:* Sic volo eum manere ſuperſtitem usque ad finem ſeculi? Jam repugnat Joannes: non dixerat, eum non eſſe moriturum; ſed ſic volo eum manere: cur tu hoc curas? Id ad te nihil. — Sic totus locus facilior eſt, et occaſio male intellecti Chriſti ſermonis eſt ita plana. —

Jam de cauſſis. — Illud: „*Sic volo eum manere ad adventum meum*" habet non modo Verſio Vulgata; ſed et antiqua illa apud Sabatierum. Et in Patribus ſic profertur ubivis. Et quam facile potuit effici: Si volo eum manere? Et deinde ſic in Codices graecos venit per interpolationem latinarum Verſionum. — Utramque explicationem propoſui, ut reliqueretur ſuum cuique de hac re judicium.

v. 25.) *Sunt vero et alia multa, quae Jeſus fecit, quae ſi ſcriberentur ſingulatim, ne ipſum quidem orbem terrarum arbitror capturum eſſe ſcriptos libros.*

In his verbis, quis non agnoſcit dicendi genus, quod Hyperbole dicitur? Quis hoc feret male, cum ſit hoc veterum et recentiorum linguarum uſu tritum? Dicitur: Non capit laudes tuas, victorias tuas terrarum orbis: tot ſunt. Jam in ullo alio libro puderet, verbulum monerae: quid igitur hic laboremus, nos torqueamus et non per naturam ſermonis agnoſcamus illud ſimpliciter: Tot res eſſe a Chriſto geſtas, quae non poſſent in libris contineri? Quid attinet, hic dicere, *κοσμον* ſignificare Hominem improbum? Quid attinet, hic dicere, *σχωρησαι* eſſe: Capere mentem? quaſi diceret: Sunt alia multa, quae Jeſus fecit; et ſi ſcriberentur ſingulatim,

gulatim, ne ipsam hominum improborum mentem capturam esse scriptos libros. Rogo aliquem: an, si legat in Cicerone aut in ullo alio scriptore talequid: tantae sunt laudes tuae, ut orbis terrarum eas capere non possit: an ausurus sit, delabi ad has vanitates? — Jam consilium hujus capitis, quod dicebam esse appendicem, superadditam illi superiori capiti, an fuerit obscurum? Nonne in v. 24. significavit scriptor ipse, cur haec scripserit? Tradidit haec, ut illum falsum rumorem refutaserit, et addit: se ipsum esse, qui hoc faceret. Deinde in superioribus jam monitum est: non modo Petrum cogi ter confessionem suam profiteri de Jesu, sed et ter demantari illi munus docendi. Nonne et hoc potuit esse appendix, ut auctoritas Petri firmaretur, ne diceretur, eum non amplius esse discipulum? Idque tanto magis, quanto magis omnia ad Personam Petri referuntur, ut adeo Petrus in toto capite sit persona primaria. Occasio est piscatio Petri: primus natat ad Jesum: primus cum Jesu colloquitur: a Jesu seorsim ducitur. Quid igitur mirum, si quis credat, in Petri honorem illa sic esse perscripta, eum a Christo certissime esse praefectum ecclesiis docendi caussa? Quodsi haec habent aliquam veri speciem, uti spero: transire nunc licebit ad sententiam Hugonis Grotii, qui statuit: hoc caput ultimum fuisse adjectum ab alio Joanne, Presbytero Ephesinae ecclesiae, non a Joanne Evangelista. Si ita sit, res nihil habet periculi. Verum sintne caussae idoneae hujus sententiae, quaeritur. Sed caussam hanc facit, quia Capite XX. sit clausula Evangelii. — Est ita. Quid inde? — Igitur addita sunt, quae sequuntur. — Recte: addita sunt. — Ab alio homine? — non est necesse: scriptor potuit ipse addere. Aut si hoc verbo uti licet, quidni tale sit, quod postscriptum sit in Apostolorum scriptis? — Jam si quis urgeat: cur addidit, dixi caussas esse, vel videri mihi has de Petro et de refutando falso

rumore.

rumore. Quid si ille rumor demum est sparsus post Joannis Evangelium, ut ille necessarium putaret, hoc addere? Quid si nonnulli caeperint post Joannis Evangelium, se Petro opponere? Non arbitror, has esse caussas, cur non libro finito haec superadderet scriptor. — Alii etiam aliquid aliud existimarunt, et inter hos est Hammondus, qui N. T. vertit Brittannice et notis illustravit, quam versionem Clericus fecit latinam et suis notis auxit. Continet ille liber multa bona. Hi duo: Hammondus et Clericus censent: Capitis ultimi versus duos ultimos tantum esse ab alio additos. Potuit fieri, nec habet res aliquid periculi. Sed quaeritur caussa. Omnis igitur caussa est in illo plurali in v. 24. de quo antea dictum est. *Scimus, hujus testimonium esse fide dignum.* — *Scimus:* — Igitur haec verba addita sunt ab alio? Quis est ille alius in plurali numero? Hic fingunt Presbyterum ecclesiae Ephesinae, et nomine ecclesiae Ephesinae haec esse scripta. Modo de his omnibus constaret. Nec hac puto anxietate esse opus in numero plurali, si antea dicta cogitamus. —

Haec igitur duplex est de appendicibus Evangelii hujus sententia, quam poteritis examinare ipsi: modo caussas cogitate. —

De reliquo: uti locum illum: *volo eum sic restare usque ad adventum meum*, interpretatus sum e posteriori sententia: ita in Linariana versione expressum eum etiam reperietis. —

Addam, exstare duo programmata venerandi Noesselti: unum ad Caput XII. hujus Evangelii, alterum ad Caput XV; quae duo programmata poterunt profecto esse exemplum accuratae explicationis.



